This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

HENRICI PHILIPPI HEENEMAN,
JURIS UTRIUSQUE DOCTORIS

SPECIMEN ACADEMICUM
INAUGURALE

DE

PRECARIIS COMITUM (VULGO *de Graaflyke Beden*) ET ANTIQUA NOBILITATIS HOLLANDICAE AB ILLIS IMMUNITATE.

NEW YORK
PUBLIC

LUGDUNI BATAVORUM,
APUD CORNELIUM DE PECKER, CORN. FIL.
MDCCLXXXI.

1. Rethorica ende Boet. Middelg.
2. Jonckheim - Jaer, oeffeningh d. Rethorica
3. Abelijn - Rethorica.

THE NEW YORK
PUBLIC LIBRARY
400612A
ASTOR, LENOX AND
TILDEN FOUNDATIONS
R 1928 L

Wantet dinket mi wesen scande /
Dat de lieden van den lande
Ander giesten dele weten /
En si des gheben verghheten /
Wanen si selve sijn ghebooren ;
En wie si waren hier te voren /
Die tlant wonnen entie erfde /
Daer si of nutten die heberben.

AEM. STOKE in dedicat: Chronici Rythmici vers. 15.

NEW YORK
PUBLIC
LIBRARY

PARENTI OPTIMO,

GYSBERTO HEENEMAN JCTO.

ILLUSTRISSIMO ORDINI EQUITUM ET NOBILIUM HOLLANDIAE ET WESTFRISIAE AB ACTIS.

SERENISSIMI LANDGRAFII DE HESSEN-CASSEL, UT ET SERENISSIMI DUCIS DE SAXE GOTHA APUD ORDINES GENERALES NEGOTIORUM PROCURATORI (VULGO AGENT.)

COPIARUM HELVETICARUM, ALIARUMQUE QUAESTORI.

NEW YORK PUBLIC

Hocce qualecunque specimen ea quo pie est reverentia

D. D. D.

AUCTOR.

THE NEW YORK
PUBLIC LIBRARY
400612A
ASTOR, LENOX AND
TILDEN FOUNDATIONS
R 1928 L

NEW YORK
PUBLIC
LIBRARY

SPECIMEN ACADEMICUM INAUGURALE,

DE

PRECARIIS COMITUM, VULGO (*de Graafſyke Beden*,) ET ANTIQUA NOBILITATIS HOLLANDICAE AB ILLIS IMMUNITATE.

CAPUT PRIMUM.

De Antiquo ſtatu Belgii ſub Francis & Comitibus.

§. I.

Originem & progreſſum Precariarum, quas antiquitus Comitibus noſtris ſolutas fuiſſe legimus, hacce diſſertatione expoſituro non incongruum fore viſum fuit, priusquam eo deveniamus, priſtinum harum regionum ſtatum paucis delineare.

Barbararum Gentium invaſionibus per plura ſecula haſce regiones expoſitas fuiſſe conſtat; Franci praeſertim, qui per languentem

Romani Imperii ſtatum victoriis aſſueti, ex increſcente in diem Friſionum imperio ſibi quid mali ſperabant, varias ob cauſas, praecipue ex ſtudio Chriſtianam fidem propagandi, has regiones ſuis adjungere ditionibus ſaepius tentabant (*a*): ſeculo namque ſeptimo, Dagobertus Francorum Rex Friſiam invaſiſſe, aedemque D. Thomae in urbe Trajecto exſtruxiſſe memoratur (*b*); verum Friſii, jugum ferre impatientes, illud identidem excutere ſunt conati, ita ut incerta ſemper Francis eſſet harum terrarum poſſeſſio: felicius res ſucceſſit Pipino primario palatii miniſtro, qui anno 694. Friſiam pro parte devicit, Regemque Radbodum ſibi tributarium fecit: hic enim Radbodus (ut aiunt Annales Metenſes) *ſera poenitentia ductus, legatos ad Pipinum dirigens, pacem poſtulat, ſeque cum his quos regebat ſuae ditioni ſubdidit, obſidibus quoque datis, Pipini tributarius efficitur.* Carolum Martellum poſtea iterum omnem Friſiam Francorum imperio adjunxiſſe, diſertis verbis docet ALFRIDUS in vita S. Lutgeri L. I. C. I. *Carolus*, inquit, *multas gentes ſceptris adjunxit Francorum, inter quas etiam cum triumpho Friſiam, extincto Radbodo, paterno addidit imperio* (*c*). At vero neque tunc identidem etiam rebellare deſierunt Friſones, donec tandem Carolus Magnus, cui quidquid majorum ſuorum laudi deeſſet, relictum erat perficiendum, devictis rebellibus, Friſiam quā late patuit plane ſibi

ſub-

(*a*) VAN DER SPEUGEL *Oorſpr. en Hiſt. der Vaderl. rechten, cap. I. §. 21.*
(*b*) WAGENAAR *Vad. Hiſt. T. I. pag.* 331 *ſeq. van Loon Aloude Hiſtorie T. I. pag.* 264 *ſeq.*
(*c*) Add. WILLEBALDUS, Vit. S. Bonifacii apud BOUQUET in collect. ſcript. Franc. T. III. p. 665.

ſubjecerit, initaque cum illis firma ac perpetua pace Salzae, tranquilla harum regionum fruitus ſit poſſeſſione & ad ſuos heredes tranſtulerit: ſubjectionis hujus Friſonum veſtigia proſtant quam plurima in legibus Friſicis; ſic apud SCHOTANUM in *Hiſt. Friſ. pag.* 57. dat ſe hem Koninklyk Heert / om dat hyn Cristen wouden / ende henſelfs dat ſuverne Koninglyk (*a*), hancque ſubjectionem confirmat diviſio regni Francici inter liberos Caroli M.; Carolo enim praeter plures regiones, Friſiam quoque & Saxoniam ceſſiſſe, ex charta diviſionis apud BALUZIUM *Cap. Reg. Franc. T. I. pag.* 439. quam clariſſime apparet.

De Hollandiae quidem ſubjectione dubitat GROTIUS: *Francos* (inquit) *adfectaſſe quidem gloriam prolati huc usque imperii; ceterum re vera non imperaſſe Inſulae, aut certe non infra Trajectum ad libertatem maritimorum Batavorum maxime pertinet* (*b*): verum ſufficiat attuliſſe verba JOHANNIS A LEYDIS: *Et pervagans* (*Chlotarius*) *omnem Friſiam, nullum omnino Friſonum menſuram ſui gladii excedentem dimiſit. —— Hollandenſes autem hoc videntes territi ſunt, & id circo feſtinabunt foedus gratiae inire cum eodem Rege; quapropter terra Hollandiae & quae modo dicitur Trajectenſis dioeceſis cum Wiltenborch addita eſt terris Francorum* (*c*).

§. II.

(*a*) *In actis ſocietatis Groninganae* T. II. p. 31. EGINHARD. *in vit.* Caroli M. cap. 6.

(*b*) *De antiquitate Reip.* Batavae cap. 4.

(*c*) Libro I. cap. XVI. W. HEDA Hiſt. Epiſc. Traj. cap. V. & MATTHAEUS *de Nobilitate* cap. XIX.

§. II.

Fines enim Friſiae latiſſime ſeſe extendiſſe omni dubio vacat, ex ipſis legibus Friſicis a Carolo M. ſi non latis, ſaltem confirmatis, auctis & emendatis clariſſime patet Friſiam ſeſe extendiſſe inde a Flevo ad Sincfalam in finibus Flandriae (*a*) adeoque complexam quoque fuiſſe integram Hollandiam & Zelandiam, & quidquid porro verſus ſeptentrionem hodie Friſiae nomine venit, & proinde terrae tractum multo majorem, quam nunc continet Belgium faederatum; praeterquam quod integra adhuc erat, quae nunc Auſtrini maris fluctibus ſubmerſa jacet terra.

Vaſtiſſimum illud territorium variis lacubus fluminibusque diſcretum, variisque nominibus diſtinctum erat; at vero in vetuſtis monumentis, ſub generali nomine Friſiae occurrit, haud ſecus ac hodie apud exteros foederati Belgii Respublica, *Hollandia* paſſim audit, ita v. c. Trajectum, Doreſtadum, Flaridinga aeque ac Documa, oppida vocantur Friſiae (*b*): verum in quot partes tunc integra Friſiorum regio diviſa fuerit non adeo conſtat. Tres quatuorve diſtinctae regiones majores occurrunt, uti Ducatus Gelriae, Comitatus Hollandiae, Dioeceſis Trajectina & Dominium Friſiae proprie dictae: haec omnia ſub ſua ditione tenuiſſe Carolum, certum eſt: videamus quomodo ſeſe Francorum adminiſtratio his in regionibus habuerit.

§. III.

(*a*) Lex Friſiorum Tit. I. §. 10. add. Tit. I. §. 3. 10.
(*b*) Cerisier *tableau de l'Hiſt. génér. des Provinces unies Tom. I. pag.* 131.

§. III.

Non una eademque erat ratio, qua imperio ſuo adjectas gentes tractabant Franci, prouti enim vel hereditario jure ipſis erant devolutae, vel bello devictae, vel ſpontanea deditione illis erant adquiſitae, diverſo modo in eas imperium exercebant; mitior hinc ſemper fuit Bajoariorum, qui ſeſe ipſis ſubjecerant, conditio; durior, immo duriſſima aliquando eorum, qui bello erant occupati, uti Allemanni, Burgundiones, Saxones & Friſii, ut ceteros mittam; recepti enim juris inter Barbaras gentes fuiſſe videtur, ut omnia victoribus cederent in eorumque dominium converterentur, devicti proinde vel ad internecionem delerentur, vel in alias regiones transferrentur, vel ſi qua remanendi daretur facultas in duriſſimam redigerentur conditionem & glebae adſcriberentur. Plura barbari iſtius moris exempla proferunt Scriptores, ita EGINHARDUS narrat Carolum M. in loco qui Ferde dicebatur, 4500. Saxones manu carnificis occidi juſſiſſe; (*a*) ſic quoque in Annalibus Metenſibus ad annum 734. dicitur Carolus Friſiam ingreſſus, omnes rebelles ejus gentis trucidaſſe, & laudatus EGINHARDUS in vita Caroli M. cap. 7. pag. 47. *Carolus* (inquit) *numquam eos hujusmodi perpetrantes impune ferre paſſus eſt, usque dum omnibus profligatis qui reſiſtere volebant, & in ſuam poteſtatem redactis,* 10000 *ex his, qui utramque ripam Albis fluminis incolebant, cum uxoribus & parvulis ſublatos tranſtulit, & huc & illuc*

(*a*) Annal. Franc. ad annum 782. apud BOUQUET in collect. Script. Franc. Tom. V. pag. 206. 329. 344. 364.

illuc per Galliam & Germaniam multimode diſtribuit. Hos autem captivos dirae fuiſſe ſervituti addictos patet ex AUDOENO in vita S. ELIGII *L.* 1. *Cap. X.* & ex vitis plurium Sanctorum, qui magnam horum ſervorum copiam redemerunt: neque mirum inde, quod adeo in Francia auctus fuerit ſervorum numerus; cum enim bello capti plerumque ſervi fierent & ex diviſionibus regni Francici perpetuae lites & bella orirentur, non potuit quin, ut obſervat Illuſ. de MONTESQUIEU ſub tertia ſtirpe innumera eſſet ſervorum apud Francos copia ſummaque liberorum hominum penuria (*a*).

§. IV.

Ex dictis facile colliget quisque, quae fuerit Friſiae noſtrae facies ſub Francis; toties devicta totiesque perfida duriſſimam ſaepe ſortem experta fuit. Carolus M. vero Friſones libertatis ſtudioſiſſimos perſpiciens, metuensque ne amiſſa libertas novis rebellionibus anſam praeberet, Friſones beneficiis quam vi & metu ſibi devincire maluit, iisque indulſit, ut *cum omni prole ſua nata & naſcitura in perpetuum liberi permaneant*, & *a ſervitute proprietaria penitus abſoluti.* Quamvis autem negari nequeat a ſervitute proprietaria ſolutos vixiſſe Friſones, merito de charta, qua ipſis illa libertas conceſſa fuit, dubitur, fictitiamque eſſe evictis argumentis probarunt viri docti; quod quamvis non eſſet probatum, numquam tamen ex illa charta libera Fri-

(*a*) *Eſprit. des Loix Livre XXX. Chap. XI.*

Frisionum Respublica probari potest. Quaenam enim fuit illa libertas toties decantata? Non tanti certe momenti, quanti fuisse diu gloriati sunt Frisones: sibi solis eam concessam existimantes, ceterisque Frisiae tunc dictae incolis negatam: si qua enim fuit ad summum ipsas personas, quae antea liberae, per victoriam vero ad statum, servorum redactae erant, spectavit, bona enim precario tantum titulo possederunt, uti patet ex eo, quod Ludovicus Pius *Saxonibus & Frisiis jus paternae hereditatis, quod sub patre ob perfidiam legaliter perdiderant, Imperatoria restituit clementia* (*a*): hac igitur Ludovici concessione restitutis juribus ingenuitatis & civitatis, Frisii majori, prae coeteris gentibus Francis subjectis, libertate gavisi sunt, immo quo magis ipsorum animos sibi conciliarent Franci, saepe ipsorum proceribus Provintiae administrationem commiserunt. vid *Chronicon* MS. *de Trajecto: Tunc fuit ibi Rex nomine Radbodus, sed chronica Franciae nominant istum Radbodum non Regem, sed Ducem, quia Francia tunc dominabatur Frisiae, & voluit ut, non Rex, sed Dux vocaretur* (*b*).

§. V.

Regnum Francicum tam late patens & ex tam diversis gentibus compositum necessario plures exigere videbatur ministros, quibus ejus administratio committeretur: hunc in finem tota regni compages sub Re-

(*a*) Vita Ludovici Pii ad annum 814.
(*b*) Apud VAN LOON, *Aloude Regteringwys*, T. I. pag. 122. Conf. Cl. KLUIT, *Hist. Crit. Comit. Holl. T. I. part. I.* pag. 8. not. 22.

Regibus committebatur Ducibus & Comitibus. Duces plerumque majori territorio praeficiebantur, cujus partibus iterum praeerant Comites; non tamen ſemper; multi enim occurrunt Comites, qui Ducibus non ſuberant, & expreſſe apud FREDEGARIUM dicitur, *exceptis Comitibus plurimis qui Ducem ſuper ſe non habebant* (*a*). Comitum autem munus ſub Francis in eo potiſſimum conſiſtebat, ut in pagis, quibus praepoſiti eſſent, nomine Regum jus dicerent ſecundum leges cujusque pagi proprias, iisve ſilentibus, ſecundum Regum Capitularia: eleganter ipſorum munus deſcribitur Marculfo „ Ergo dum „ & fidem & utilitatem tuam videmur habere compertam, ideo „ tibi actionem Comitatus in pago illo quem anteceſſor tuus ille us„ que nunc viſus eſt egiſſe tibi ad agendum regendumque commi„ ſimus, ita ut ſemper erga regimine noſtro fidem illibatam cuſto„ dias & omnis populus ibidem commanentes tam Franci, Romani, „ Burgundiones, quam reliquas nationes ſub tuo regimine & gu„ bernatione degant & moderentur, & eos recto tramite ſecundum „ legem & conſuetudinem eorum regas, viduis & pupillis defenſor „ appareas, latronum & malefactorum ſcelera a te ſeveriſſime repri„ mantur; ut populi bene viventes, ſub tuo regimine gaudentes de„ beant conſiſtere quieti". (*b*) Praeter hoc juris dicendi officium, Comites etiam rei militaris curam habebant, ſaepiusque exercitus contra hoſtes duxiſſe legimus; ita Poëta Saxo de geſtis Caroli M.

Tunc

(*a*) *Hiſt. Chronic.* Cap. LXXVIII.
(*b*) Formularum L. I. Cap. VIII.

Tunc unam populi partem Comiti Theoderico,
Atque Magenfrido Ducibus hoc tempore primis
Committens, aquilonares per fluminis oras
Danubii praecepit eos iter accelerare:

Et apud GREGORIUM TURONENSEM; *cumque haec Regi Chilperico nunciata fuiſſent, mittit nuntios Comitibus, Ducibusque & reliquis agentibus ut collecto exercitu, in regnum Germani ſui irruerent* (*a*). Regios quoque reditus percipiebant, Regumque nomine, totum pagum adminiſtrabant; huic tamen adminiſtrationi cum unus Comes ſufficere vix videretur, hinc pagi ſui curam inter minores Magiſtratus Vicecomites, Centenarios, Decanos, Rachimburgos (qui poſtea Scabini plerumque vocantur) diſtribuebant.

Quo melius autem tanta moles, quanta erat Francorum regnum, ſuſtentaretur, Reges legatos mittere ſolebant, qui *Miſſi Regii* dicebantur; hi per integram Franciam in Epiſcoporum, Ducum & Comitum adminiſtrationem inquirebant; hi populi querelas audiebant, quasque ipſi expedire non poterant, ad Regem referebant (*b*).

Publica regni negotia in Comitiis, menſe Martio vel Majo habitis, peragebantur; ad haec Comitia juſſu Regis, omnes publici Miniſtri convocabantur: in illis de bello, de pace decernebatur, controverſiae procerum componebantur; uno verbo quidquid ad publici regi-

(*a*) Hiſtor. Franc. Libr. VI. cap. 19. add. Capit. Caroli M. II. anni 813. cap. 9.
(*b*) DU CANGE *in voce Miſſi.*

giminis administrationem spectabat, constituebatur, & laudanda hinc Regum Francorum summa prudentia, quod numquam fere sine procerum consilio quid susceperint; quidquid autem in his Comitiis constituebatur, dicebatur *Capitulum*, & hinc leges Francorum publicae Capitularium nomine occurrunt. Mitto dicere de minoribus Comitiis, in quibus deliberabat Rex de rebus de quibus proximo conventu generali cum omnibus proceribus, praesente populo, consilium inire decreverat, deque loco ubi Comitia habebantur, juribusque procerum in iis: haec enim si persequi vellem, nimis a proposito aberrarem: centiesque dictis, repetendis lectori, nimium fastidium crearem; potius, paucis, formam regiminis harum regionum sub Francis, exponere animus est.

§. VI.

Quae generatim de regimine Francici regni dicta sunt, ad has regiones quoque non temere adplicari possunt; neque aliter sese habuisse harum regionum administrationem, quam reliquarum a Francis devictarum, ex monumentis istius aevi quam evidenter patet. Vidimus jam §. 4. Frisiam a Francis devictam, in Ducatus formam fuisse redactam, & Radbodum antea regem Frisiae praefuisse qua Ducem, non qua Regem; hujus rei ratio additur, quia *Francia tunc dominabatur Frisiae:* ita anno 785. memoratur Witekindus Dux Frisonum orientalium, & sic Ducum Frisiae series, ad seculum X., quo Ducatus Frisiae Lotharingiae accenseri caepit, nomenque Ducatus evanuit, proferri potest (*a*); illo quoque tempore Comites in Frisia

(*a*) ANNALISTA SAXO ET REGINO, *ad an.* 809. *Annales Bertiniani ad an.* 839.; REGINO *ad. an.* 898. *Ann. Metenses ad ann.* 881.

ſia complures extitiſſe, omni dubio caret (*a*). Reges quoque in Friſia, ſua habuerunt Comitia; ita EGINHARDUS in vita Caroli M. *inchoavit* (inquit) *palatia operis egregii, unum haud longe a Moguntiaco, juxta villam cui nomen Ingelheim, alterum Neomagi, ſuper Wahalin fluvium;* in his palatiis conventus quoque habitos fuiſſe docet Charta Caroli M. *data Idibus Junii, anno IX. ejus glorioſiſſimi Regis, actum Numaga, Palatio publico* (*c*).

Miſſos quoque Regios in Friſiam fuiſſe mandatos, ex eo deduci poteſt, quod non nulla Comitibus determinare non erat permiſſum, niſi praeſente Miſſo (*d*): praeterea quoque diſertis verbis in LL. Friſonum conſtituitur; *ut ſi quis legatum Regis aut Ducis occiderit novies fredum ad partem dominicam componat* (*a*).

Suis ſemper legibus vixere Friſones: moris enim erat apud Francos, ut quas deviciſſent gentes, ſecundum proprias leges vivere ſinerent, & expreſſe Clotarius in Conſtit: general. an. 569. tit. IX. jubet *ut inter Romanos negotia cauſarum, Romanis legibus terminarentur;* ſimiliter circa Friſiones obtinuiſſe videtur; quod ita tamen non eſt intelligendum quaſi praeter antiquam legem Friſicam, alias non haberent quibus tenerentur; multas enim leges, ipſis legibus Friſonum, addiderunt Reges, & frequens hinc formula in LL. Friſicis obvia; *haec conſtitutio ex edicto Regis proceſſit* (*b*); praeterea valebant

(*a*) HEDA *pag.* 28. 31. MIERIS *Charterb. T.* 1. *p.* 3. 7. 27. *Capit. Car. M. anni* 807. *L. Friſic. Tit.* 17. §. 213.
(*b*) HEDA *Hiſt.* fol. 41.
(*c*) *Capit. Carol. M. an.* 815. §. 14.
(*d*) Tit. 17. §. 3. *Acta Societatis Groninganae* T. 2. p. 43.
(*e*) *Lex Friſica* Tit. VII. §. 2.

bant Capitularia tanquam LL. ad integrum Franciae regnum pertinentes: expreſſe enim Carolus M. & Ludovicus Pius in Capitularibus ſuis „ volumus (*inquiunt*) ut omnes ditioni noſtrae ſubjecti tam „ Romani quam Franci, Alemanni, Bajuarii, Saxones, Turingi, „ Freſones, &c. ceterique nobis ſubjecti omnes, licet quocumque „ videantur legis vinculo conſtricti, vel conſuetudinario more con„ nexi, hanc ſententiam ſervent" (*a*); et ita *in Capitulare* CAROLI M. anni 807. dicitur „ de Friſonibus volumus ut Comites & Vaſalli „ noſtri qui beneficia habere videntur, & Caballarii omnes genera„ liter ad placitum noſtrum veniant bene praeparati": ex his omnibus ſatis patet Friſiam Francorum Regibus quam maxime fuiſſe ſubjectam (*b*).

§. VII.

Reſtat ut de Regum reditibus non nulla dicamus, qui cum fundamentum habeant in diviſione terrarum devictarum, ſufficiet paucis diviſionem illam exponere. Variae maximeque ſibi contrariae ſunt Eruditorum circa hanc diviſionem ſententiae; nonnulli ſtatuunt Reges omnia ſibi acquiſiviſſe, & proinde ſub prima Francorum Regum ſtirpe, omnes devictas regiones commutatas fuiſſe in *allodia Regum*; ab his vero in beneficium fuiſſe conceſſas: ex hac igitur ſententia deducunt generale tributum ab omnibus ſubditis exegiſſe Reges, hancque ſententiam inprimis tuetur DU BOS (*a*), refutat MONTESQUIEU

(*a*) *Capit.* Caroli M. & Ludovici *L.* VI. *C.* 366.
(*b*) Conf. *Ampl. van der Spiegel*, l. l. Cap. II. §. 20. *Acta ſocietatis Groninganae* Tom. II. pag. 31. §. 4. ſeqq.
(*c*) *Hiſtoire critique de la conſtitution de la Monarchie Francaiſe* T. I. pag. 51.

QUIEU. Alii contra ſtatuunt omnia bello quaeſita, fuiſſe communia, populumque Regi quaedam adſignaſſe, unde ſe ſuamque familiam ſecundum dignitatem, poſſet ſuſtentare, adeoque facultatem de iis diſponendi absque populi conſenſu, Regibus denegant. Ab utraque ſententia diſſentire liceat; quantum enim ad primam, conſtat Francos ſua poſſediſſe allodia & dominia ab omni cenſu vel tributo (haec enim ſaepe confunduntur) immunia, ipſisque inde FRANCORUM nomen datum fuiſſe plerumque ſtatuitur; verum praeterea certum quoque eſt, cenſum non a Francis, verum a ſervis, ſeu adſcriptitiis fuiſſe exactum, uti patet ex MARCULFO *Libr. I. formul. IX. & capit.* 789. *priſtinaeque libertati donatos & omni nobis debito cenſenſu, ſolutos*; per manumiſſionem igitur etiam exemtio tributorum adquirebatur; Ingenui ergo illa non ſolvebant.

Quantum ad alteram ſententiam, quum conſectaria inde legitime profluentia omnem hiſtoricam fidem penitus evertunt, admitti ea nequit; ſi enim populus Regibus quaedam tantum bona adſignaſſet ad dignitatem ſuam ſuſtentandam, numquam Reges haec bona imminuere potuiſſent; at vero vidimus Reges de bonis pro lubitu diſpoſuiſſe, ea commutaſſe, in beneficium non ſolum, ſed in proprium etiam conceſſiſſe: Reges autem de bonis ad ipſum regnum pertinentibus diſponere pro lubitu poſſe, omnibus juris publici principiis contrariatur; potius itaque alia bonorum adquiſitio ſtatuenda videtur qua poſita, illa bonorum alienatio ab injuſtitia vindicetur; hanc autem propoſuit doctiſſimus BOUQUET (*a*), qui mediam ingreſſus viam

(*a*) *Le Droit Public de la France éclairci par les monumens de l'antiquité pag.* 1. *ſeqq.*

viam, ſtatuit Francos regiones bello adquiſitas, diviſiſſe, & obſervata proportione Geometrica, majorem partem Regi ceſſiſſe, reliquas vero partes Francis in plenum dominium ſorte fuiſſe adſignatas, ſalva Regi ſuperioritate, quam *territorialem* vocant.

Talis diviſionis ratio bellicoſae gentis genio apprime conveniens erat & antiquiſſimorum Scriptorum teſtimoniis nititur, *agri* (inquit Tacitus) *pro numero cultorum ab univerſis per vices occupantur, quos mox inter ſe ſecundum dignationem partiuntur, facilitatem partiendi camporum ſpatia praeſtant* (*a*), & apud GREGORIUM TURONENSEM, Rex memoratur extra ſortem quid petiiſſe (*a*). Talem quoque diviſionem apud reliquas Germanicae originis gentes obtinuiſſe, docent documenta omni exceptione majora (*a*).

Portio autem illa quae Regi obvenerat, a portionibus reliquorum Francorum erat diſtincta, & ſemper *res fiſci regii, fiſci regalis, terrae juris regalis* dicebatur; ſubditorum vero bona ſub nomine veniunt *allodiorum, dominiorum, terrarum ſalicarum* &c.; in illis idem his jus erat, quod Regibus in ſuis, neque Rex praeter ſuperioritatem territorialem, quid juris in bona ſubditorum habuiſſe videtur.

Ex hac autem ſententia prono fluit alveo, Reges non nullas terras alienando, numquam partem regni alienaviſſe, verum uti cuilibet

---

(*a*) De *M. G. Cap.* 26.
(*b*) *Hiſt.* Libr. II. Cap. 27.
(*c*) Conf. BOUQUET *in coll. ſcript.* Franc. T. 2. p. 187. 189. T. 3. p. 403. BARBEYRAC. *Hiſt. des anc. trait.* T. 2. p. 88. 133. GREGORIUS TURON. *Libr.* 3. *Cap.* 4. MONTESQUIEU *L.* 30. *C.* 10. METTINGH *de ſtatu milit. German.* pag. 74.

bet licet, de propriis ſuis bonis diſpoſuiſſe, porro hinc etiam liquet non opus fuiſſe Regibus tributis; verum ut obſervat ILL. DE MONTESQUIEU, reditus Regum ex ſolis ipſorum domaniis profluxiſſe (*a*): hinc quoque explicandum quod toties occurrit, Reges Francorum ex latifundiis, non ex tributo ſubditorum vixiſſe & Francos a tributis fuiſſe immunes; hanc quidem immunitatem ut pote ſententiae ſuae contrariam, plane negat ABBAS DU BOS; neque enim intelligere potuit quomodo ſimul conſiſtere poſſet illa immunitas, cum mentione, quae ſaepe fit, tributi & cenſus: verum enim vero ex hac ſententia BOUQUETI haec duo facile conciliantur: ſi immunitatem intelligamus de Francis liberis allodia ſua poſſidentibus, tributum vero & cenſum de ſervis aut colonis qui in domaniis Regum, vel in terris Francorum vivebant, Regi vel allodiorum poſſeſſoribus ſubjecti, hi enim ex terris ſuis etiam cenſum exigebant, quemaddum Reges ex domaniis, adeoque non unum eundem cenſum ab omnibus Francis fuiſſe exactum probavit idem MONTESQUIEU (*b*); neque enim ad tributa generalia referre poſſumus dona illa quae Reges a Francis liberis, ſeu Ingenuis accipiebant; quamvis enim haec licet primo tempore omnino gratioſa, poſtea vix negari potuerint, attamen numquam donorum naturam amiſerunt, neque etiam a Regibus jure exigi potuerunt, aut exacta fuerunt. Hanc de donis & ortis inde Precariis materiam opportuniore loco uberius tractabimus; quare de iis nunc plura non addam.

§. VIII.

(*a*) *Eſprit des Loix* L. 30. Chap. XIII.
(*b*) *Ibid.* Chap. XV.

§. VIII.

Hisce breviter expositis, ad ea progredimur tempora, quibus ad Comites devolutum imperium his in Oris fuit. Vastissimus hic pateret campus, si per totum ambitum omnia jura a Comitibus exercita, variasque subinde circa ea factas mutationes exponere animus esset, omniaque dubia tollere tentarem; breviter tantum, & quantum ad materiam nostram facit, animus est indicare quousque patuerit Comitum potestas, tum quoad internam, tum quoad externam Hollandiae administrationem.

Duces & Comites, quorum curae totius regni Francici administratio a Regibus erat mandata, non uno eodemque impetu ad illud potentiae fastigium adscenderunt, quo deveniisse eos postea videmus; verum Regum donationibus nimium ditati, ipsam Regiam potestatem contemnere coeperunt, sicque sensim Regum imperio sese subtrahentes, summum tandem imperium ipsi tenuerunt.

Comites scilicet sub primis Francorum Regibus, administratoria tantum gaudebant potestate in Comitatibus suis, quin & precario tantum titulo eam obtinebant, ita ut a Regum nutu dependerent, uti patet ex *Meybomii vind. Belling. fol.* 40. (*a*), nullumque accipiebant stipendium, sed quum ex gentibus nobilibus eligerentur, multa magnaque allodia possidebant (*b*), & loco stipendii, nonnullas

(*a*) Cf. VAN LOON, *Aloude Regeer. T. I. p.* 146.
(*b*) *Pluribus hoc docuit* KOPP. *de insigni differentia inter Comites &c. pag.* 10. 11.

terras in beneficium accipiebant, quae beneficia tunc temporis ſtatim poſt mortem Vaſalli ad Dominum directum redibant; majores ſenſim radices egit Comitum poteſtas, ex quo non precario, ſed ad vitam prorogata fuit adminiſtratio, atque non amplius pro lubitu, at vero non niſi graviſſima de cauſa exauctorari potuerunt (*a*), preſertim cum jam uſu eſſet introductum, ut munus Comitum ad filios transmitteretur; ſolebant hunc in finem Comites liberos ſuos Regibus tradere ut miniſteriales eſſent; hi liberi in Regum aula educati, omnibusque liberalibus artibus, praecipue militaribus imbuti, nunc ad officia palatina, nunc ad eccleſiaſticos, vel civiles honores promovebantur, & prae ceteris omnibus ad paterna munera & beneficia admittebantur, quod ſub exitum ſtirpis Carolingicae magis magisque factum fuiſſe conſtat, tunc enim proſtrata fere, ac dilapſa regia auctoritate, usque eo creverat Comitum potentia, ut aegre Comitatu ſuo moveri poſſent, ne filii quidem aut heredes: et notanda conſtitutio CAROLI CALVI *in Capitul. T.* 23, *Cap.* 3. *Si Comes de iſto regno obierit, cujus filius nobiscum ſit, filius noſter cum ceteris fidelibus ordinet de his, qui eidem Comiti plus familiares propinquiores fuerint, qui cum miniſterialibus ipſius Comitatus, & cum Episcopo in cujus parochia fuerit ipſe Comitatus, ipſum Comitatum praevideant, usque dum nobis renuntietur, ut filium illius qui nobiscum erit de honoribus illius honoremus* (*b*), ex hac autem conſtitutione, patet Comitibus expreſſa Regum conces-

(*a*) VAN LOON *Aleude Regeer. T. IV. pag.* 324.
(*b*) Cf. DU CANGE *in Gloſſario in voce* COMES.

ceſſione opus fuiſſe, ut munus & beneficia ad heredes transmittere poſſent, at vero illum conſenſum poſtea neglexerunt, & non reſiſtentibus, aut reſiſtere non valentibus Regibus, ſuo nomine hanc ſuam poteſtatem ad ſuos tranſtulerunt heredes; (*a*) haec ſucceſſio initio minus juſte, immo plane in fraudem juris Regum introducta, conſuetudine poſtea firmata, ad ultimum duravit Comitem. Primaria autem hereditariae illius ſucceſſionis cauſa in diviſione regni Caroli M. quaerenda eſt, illa namque diviſio auctoritatem Regum minuens, potentiam Nobilium quam maxime auxit; continuae enim barbarum gentium incurſiones in Regnum Francicum, inteſtinae diſcordiae inter Caroli ſucceſſores, & hujusmodi aliae cauſae eo ſaepe Reges adigebant, ut Comitum auxilio juvari perquam neceſſe judicarent, quos ut arctiori vinculo ſibi obſtrictos redderent, immenſis donationibus in ſuas trahere partes certatim conabantur, ex victoriis liberalitatem ſuam compenſare ſperantes: verum in tanta rerum turbatione, aliud minabantur proceres: vix enim deceſſerat CAROLUS CALVUS, quin complures ſummum imperium in territoriis adminiſtrationi ſuae commiſſis adfectarent, ſpretaque Regum poteſtate, imperium ad ſuos heredes impune transferrent.

§. IX.

Nondum tamen eo tempore, adeo creverat Belgii Comitum potentia, ut ad exemplum reliquorum eadem ſibi jura vindicarent, at vero-

(*a*) WAGENAAR *Vaderl. Hiſt. T. II. p.* 32.

vero non multo post aucta ipsorum potentia, cum Regum donationibus, tum etiam favente Marte, imperium quoque suis in Comitatibus obtinuerunt (*a*): GERULPHUS enim Frisonum Comes, interfecto GODOFREDO NORMANNORUM Rege, ut digna virtute sua praemia reportaret, in Comitatum quem GODOFREDUS invaserat, ab ARNOLDO Rege restitutus, simul varia praedia inter Rhenum & *Zuydhardeshage* accepit cum potestate de illis pro arbitrio disponendi: ea verba Regis ARNOLDI in charta donationis anno 891, „ *jussimus ei,* „ *inde hoc nostrae auctoritatis fieri praeceptum, per quod volumus,* „ *firmiterque jubemus, ut antetitulatus fidelis noster de his omnibus* „ *ab hodierna die, & deinceps omni tempore liberam semperque habeat potestatem tenendi, donandi, vendendi, commutandi, &* „ *quidquid exinde voluerit faciendi* (*b*)": praedia autem quae in illa charta memorantur, Comitatus Hollandiae primordia fuisse, a plerisque Scriptoribus censentur, exiguumque adeo tunc temporis terrae tractum complectebantur, quae maxima tamen acceperunt incrementa, ex quo Imperatores Conradus, Henricus, Ottones &c., Comites, largissimis donationibus mactando, ipsos sibi devincire conati fuerint: huic liberalitati hereditaria accedens successio, ejusque successionis a parte Imperatorum confirmatio, omne dubium videtur tollere de potestate Comitum jam tunc satis conspicua, deque juribus vi illius

(*a*) WAGENAAR *d. l. pag.* 139. 171.
(*b*) MIRAEUS *Charterb. T. I. p.* 27.

a Comitibus exercitis, quae qualia fuerint paucis quoque exponere neceſſe erit.

§. X.

Illud tamen prius notandum eſt, quod, cum in his chartis plurima territoria in proprium dari videamus, male inde nonnulli concludant, ipſum Comitatum in proprium datum fuiſſe, ita ut hi Comites a nemine plane dependerint, nulloque nexu adſtricti, a corpore Germanico plane fuerint ſeparati, quorum ſententiam refellit VAN LOON, alouds Regering van Holland/ *T.* I. *p.* 169. *ſeq.*: etenim cuique paulo attentius ipſa documenta inſpicienti, evidenter patebit contrarium obtinuiſſe, ex illis enim liquet fuiſſe omnino Vaſallos imperii, hinc Imperatores ſemper ſolitos fuiſſe Comites adpellare fideles ſuos, quod feudalis nexus argumentum eſt; hujus autem denominationis exempla ſat multa in Chartulario Mieriſiano occurrunt (*a*) Et quamdiu Principes Belgii hanc fidelitatem agnoverunt, tamdiu jus imperii ſalvum his interris fuiſſe videtur; hinc in omnibus pactis & foederibus Comites ſemper expreſſe exceperunt Imperatorem (*b*): ita in pacto inter Theodericum Comitem, & Ducem Brabantiae anno 1200, apud MIERIS *T.* I. *p.* 137. Comes promittit, *quod ſerviet Duci tamquam homo ligius contra omnes, excepto imperio, ſicut jus ſuum eſt erga imperium*; conf. pactum inter Regem Galliae Phi-

(*a*) Cf. *T. I. p.* 178. 180. &c.
(*b*) MIERIS *d. l. p.* 145. 548.

Philippum Pulchrum & Florentium V. *anno* 1295. apud DU MONT *Corps diplomat. T.* I. *p.* 295 & 296 (*a*).

§. XI.

Videndum jam erit quae fuerit Comitum noſtrorum his in regionibus poteſtas; & primo quidem, quantum ad legislatoriam poteſtatem attinet, fuit ea nulla, quamdiu Comites a Regibus conſtitutos videmus; tunc enim non niſi Regum Miniſtri erant, jusque dicebant ſecundum Capitularia, legesve pagis proprias; ab ipſorum quoque ſententia tunc ad Miſſos Regios, ſubditis ſalva erat appellandi facultas; verum ab illis demum temporibus quibus non adminiſtratorio titulo, ſed ſuo nomine territoriis praeeſſe caeperunt, Comites dici poſſunt poteſtate leges ferendi fuiſſe gaviſi, tum quae ad integram ſpectabant regionem, tum quae ad ejus partes, & innumera hinc legum & privilegiorum Comitum in Chartulariis ſervatur copia: ita jam anno 1097. Florentius II., cognomine Pinguis, officio de OUDERKERK, leges & privilegia dedit (*b*): et ſequentibus temporibus plurima occurrunt: ita anno 1223. occurrit Chora incolis WESTCAPELLAE conceſſa a Florentio IV. (*c*): legum quoque univerſae cuidam re-

(*a*) Hanc autem ſubjectionem feudalem mirifice contra diſſentientes adſtruxerunt VAN LOON *in de verhandeling over de leenrocrigheid van het Graafſchap Holland aan 't Ryk*, & F. VAN MIERIS de eadem materia; quibus jugenda doctiſſima diſſertatio ILL. DE MESRMAN, *de ſolutione vinculi quod olim fuit inter S. R. Imperium, & foederati Belgii Provintias.*

(*b*) MIERIS *Tom. I. pag.* 75. *ſeq.*

(*c*) MIERIS *Tom. I. pag.* 185, 219, 228, 240, 252, 271, 282, 344. *Tom. II.* 156. *& per totum chartularium.*

regioni conceſſarum exempla quam plurima proſtant: ſic exempli gratia, anno 1290. Florentius V. Zelandis novas praeſcripſit leges, additque: alle dinghen die geſchieden binden boezn. merchen/ ende op bezen boirſz. gront die de waerſſhen rechte toebehoren/ die ſal men berechten by beſer chore/ ende by ghenen anderen chore (*a*); excipit tamen quasdam urbes quibus ſecundum priſcas leges agere permiſit; ex quibus exemplis ſatis ſuperque cuique adparebit, a Comitibus legislatoriam poteſtatem fuiſſe exercitam: immo penes hos ſolos Comites ea poteſtas ſemper remanſit; quamvis enim compluria ſequenti tempore, occurrant ſtatuta ab ipſis urbibus condita, illud jus iis ex ſpeciali Comitum privilegio fuiſſe conceſſum: ſemper probari poteſt, & ſalva ſemper manebat Comitum poteſtas: ita anno 1315. Wilhelmus III. Harlemenſibus concedit facultatem nonnulla ſtatuta condendi; behouden ons onzen heerlichede (*b*) et in Charta ejusd. Wilhelmi, anno 1326. data 6 *Januarii*, Vlaardingenſibus behouden ons rechts/ ende in allen pointen boirſz. behouden onſer heerlichede ende onſer Graaſſhier gewelt (*c*) quibus clauſulis cavere ſolebant Comites ne quid in juris ſui praejudicium in urbibus fieret aut conſtitueretur.

Raro tamen Comites leges, nemine conſulto, ferre videmus, plerumque enim concilium inibant cum Conſiliariis ſuis, & hinc jam in primis quae exſtant legibus, adjectum invenitur, *de conſilio hominum meorum & fidelium*, vel *communicato nobilium & domeſticorum conſi-*

(*a*) Mierris *Tom. I. pag.* 511, 535, 617. *Tom. II. pag.* 28, 244, 671, 231, 240, 250.
(*b*) Mierris *Tom. II. pag.* 150. *Tom. I. p.* 222.
(*c*) Mierris *Tom. II. pag.* 377.

filio vel etiam *communicato consilio sapientum* (*a*) &c.: ex his quidem verbis quaestio movetur, utrum nempe soli competierit Comiti potestas legislatoria, an vero etiam Nobilibus & postea etiam urbibus: nimis a proposito aberrarem si ad hanc quaestionem rite vellem respondere; id tamen certum mihi videtur ex hac mentione *consiliariorum, sapientum, domesticorum &c.*, non id posse probari quod memorat *Conf.* VAN DE WATER *in praefat. ad Placita Traject.* de Graven hebben alleen de uytter ghe kuyster / maar de Staten de Mogendheyd / en bywyeld in handen gehad; ex eo enim quod Princeps cum aliis consilium init, quis unquam concludet communicatum cum illis esse imperium; laudanda est Principum prudentia & consuetudo ut non omnia pro lubitu agant, sed cum peritioribus de iis consilium ineant: ita in Gallia, verba, *par le Roi en son conseil*, minime quid Regiae potestati detrahunt, cumque consiliariis eam communicant; idem olim in Comitibus obtinuit, neque etiam omnes leges haec verba adjecta habent, multa sine illis prostant (*b*), ita nulla consiliariorum occurrit mentio in charta anni 1315., qua Wilhelmus Harlemensibus concedit facultatem sibi Choras condendi; si quod autem fuisset consiliariorum jus, numquam Comites talia privilegia potuissent indulgere ipsis inconsultis, neque etiam aliorum consilium sequi potuissent, uti apud MIERIS *T.* 1. *pag.* 419. *communicato consilio Heemradiorum &c.* Ex his similibusque patet, hos *sapientes, domesticos, fideles*, nihil aliud fuisse quam consiliarios, quos Comites pro lubitu eum in

fi-

(*a*) MIERIS *Tom. I. pag.* 222, 344, 418.
(*b*) MIERIS *Tom. I. pag.* 271, 535, 600.

finem adſciſcebant, ut ſibi praelucerent ſi eorum conſilio indigere ſibi viderentur, adeoque ſententiam quidem dixiſſe, non vero imperii participes fuiſſe (*a*).

§. XII.

Sub Francis, nullam Comites habuerunt Magiſtratus creandi poteſtatem: verum ex quo omnes reliquos actus ſummi Imperantis ſuo nomine, exercuiſſe novimus, etiam illa jura exercuiſſe conſtat quae Imperanti competit circa Magiſtratus creandos & abrogandos, omnes enim Magiſtratus cum majores, tum etiam minores jurisdictionem ſuam, tum ſingularum urbium aut pagorum, tum integrae etiam regionis ab ipſis Comitibus fuiſſe mutuatos, innumera teſtantur diplomata quibus conſtituuntur ipſorumque jurium fines accurate determinantur (*b*): ſufficiat unum alterumve promere exemplum unde haec poteſtas evidenter adpareat; anno 1357. Wilhelmus Bavarus adminiſtrationem totius Zelandiae orientalis confert in Adamum de Berwaerde & duos Conſules, his verbis „ Hertog Willem etc. ende bevelen mit deſe open bzieve onſen lieven en getrouwen heren Adam van Berwaerde onſen neve en Baillu onſer Stede van Zierikzee mit onſen twien Burghemeyſters van onſe Stede voorn. onſen Land van Voorſter Schelt in Zelandt te bewaeren en te regieren tot onſer eeren ende voerſz. Lants oirbaer ende

(*a*) *Auctor diſſertationis de jurisd. milit. in praef.*
(*b*) Conf. Conſult. BOEY *in de bedenk. over de oudh. van het hof van Holland. pag.* 121. 123. 259. 260. VAN LEEUWEN *Batavia illuſtrata. p.* 1447.

ende geeven hem macht te ordineren ende te geboeden / te doen / en te laeten etc. (*a*). Plura huic chartae notatu digna occurrunt; patet enim ex illa ſolum Comitem hunc gubernatorem conſtituiſſe, praeterea memorari onſe Burgermeeſters/, quia hi etiam a Comite creabantur, unde etiam alio loco, onſe Baillluwen/ Schout en Gerechteren van onze Landen van N. Holland/ (*b*) et in genere hinc Magiſtratus vocantur, 's Graven-dienſtluyden (*c*) ſic, wy beveelen onſe dienſtluyde Baillluwen/ Kentmeeſter/ Schouten en Rechters (*d*): ſtatuitur porro, in eadem charta, poena in eos qui hunc Magiſtratum in officio laederent vel ei reſiſterent, & quidem dat zouden wy houden aan zyn lyf en goed/ en alſo doen ontgelden als of 't op ons ſelve waare/: denique terminus ſtatuitur ad quem haec adminiſtratio eſſet duratura, dit zal gedueren tot onſer coemſten in Zelandt/: omnis enim Magiſtratus munus ſuſpendebatur vel deceſſu Principis, vel, ſi Princeps ipſe adeſſet, ut exemplis pluribus probavit Ampl. IDSINGA (*e*).

Aliquando hac poteſtate ſua abuſi ſunt Comites ita ut peregrinos praecivibus, ad honores vocarent, uti patet ex privilegio magno Mariae, Art. IV. ubi promittit, dat wy niemand Raad noch hooft van den Raad / Officier / Kendmeeſter / Oppaard / Caſtellein / Treſorier / Opgraaff / Baillu ofte Schoute maaken noch ordineeren en zullen — dan die van den hooft. Landen gheboren zullen zyn ende niet van vreemde Landen/; interdum etiam

(*a*) MIERIS *Tom.* III. *pag.* 25. *conf. T.* I. *p.* 614. *T.* III. *p.* 188. *T.* IV. *p.* 922.
(*b*) MIERIS *Tom.* II. *pag.* 263.
(*c*) MIERIS *Tom.* III. *pag.* 742. *T.* I. *p.* 222. *T.* II. *p.* 344. 384. 491.
(*d*) VAN DE WALL *Handv. van Dort pag.* 346.
(*e*) *Staatsregt der Vereen. Nederl. T.* I. *p.* 168. 185. 195.

etiam huncce abusum potestatis ulterius extenderunt, suamque potestatem usuraria pravitate, faedaque honorum nundinatione maculârunt; qua de re etiam agit Maria Art. VIII. ubi de munere Graphiarii agens, his utitur verbis: en zal die zelve office tot gheene toeëommende tyden in gheenre manieren verpacht worden/: et de suo tempore, ita PHILIPPUS DE LEIDIS, *Baillivi Schulteti & alii administrantes ut praesideant, mutuo dant Principi tantum cum stipulatione de non amovendo* (*a*). Hunc abusum Ordines postea quoque sustulerunt (*b*).

§. XIII.

Si omnium curiarum & tribunalium originem, ipsorum mandata &c. ex ipsis fontibus investigamus, nullum etiam dubium supereſt quin omnis jurisdictio civilis & criminalis a Comitibus pependerit; hinc omnia tribunalia majora & minora ab illis erecta, omnes Judices ab illis creatos, ipsorumque nomine justitiam administrasse sponte patet: ita Philippus Burgundus anno 1464, incolis de *Sybecarspel* concedit dat zy een Stede-Huys mogen doen maecken daar men van ongent wegen recht doen en vierschijn houden zal (*c*): omnis autem justitiae Comitum nomine exercendae, Balivis commissa fuit administratio (*d*); hinc in Kora Wilhelmi Regis (*e*) dicitur, de Baillum es als Graaf in des Koninks

(*a*) *Casu* 17. *pag.* 51.
(*b*) *Groot Plac. B. Tom.* IV. *pag.* 5.
(*c*) IDSINGA *Staatregt T. I. pag.* 168.
(*d*) MIERIS *T.* I. *pag.* 255. 324. 367. 473. 603. 617. Cl. KLUIT *Codex diplom. pag,* 521.
(*e*) MIERIS. *T.* I. *p.* 241.

hinkis Stede/; nec mirum hinc quod omnis juſtitiae adminiſtratio ceſſaret cum ipſe Comes adeſſet & ipſe judicaret; cujus rei exempla plurima occurrunt; ita anno 1433, narratur Philippus jus dixiſſe in cauſa BARTHOLOMEI DE BIGGEKERKE, heeft hem doen oppehenderen ende brengen in de Abdye ter hooger Vierſchaar daar Hertogh Philip zelve tegenwoordig was ende zat om Juſtitie te miniſtreeren (*a*): de Balivo Zuyd-Hollandiae a Wilhelmo III. capitis damnato, narrat BALEN (*b*); nullius tamen Comitis plura adſunt exempla quam Caroli *Audacis*, ſtrenuiſſimi juris & juſtitiae vindicis, de quo haec narrat Heuterus: „ *Liber hac hieme Pugnax a bello, Brabantinis Hannoniisque jus dicebat ter ſingulis hebdomadibus inter Conſiliarios praeſidens, ac pro infimo quocumque ut jus ſuum obtineret curam agens; menſe Aprili eadem de cauſa, in Occidentalem Flandriam eſt profectus, menſe Maio Gandavum, Julio Brugas, Auguſto in Hollandiam ac Zelandiam, ac mirum in modum hoc facto, popularium erga ſe amorem & reverentiam excitans* (*c*); quin & quaedam delicta dijudicanda ſibi expreſſe reſervabant Comites, quae recenſentur in charta Wilhelmi IV. anni 1340. van Vedevraile/ van verraſter/ van dieften die men dyden nog dagen en honden/ van moorden/ van kraſte van Vrouwen/ van alle overdaat ende ſenten houden wy aan ons zelven of wien wy het bevelen (*d*).

De

(*a*) REIGERSBERGEN *Chron. van Zeel. ad* h. a. *p.* 164.
(*b*) *Beſchryving van Dordrecht T.* I. *pag.* 159. *ſeq.*
(*c*) *Rerum Burgund. Lib. V. Cap. V.* REIGERSBERGEN. *Chron. van Zeeland Cap.* 47. *pag.* 183.
(*d*) MIERIS *Tom.* II. *pag* 639. conf. *pag.* 638. 668. 698. 847. 850. *Tom.* III. *pag.* 484. 697. 725. *Tom. IV. pag.* 156. 455.

De reliquis huc ſpectantibus, veluti de carceribus, carnificibus nec non de jure aggratiandi, & id genus aliis ſummo Imperanti competentibus & a Comitibus olim quoque exercitis juribus, cum de ſingulis nimis prolixa foret differendi materia, Lectorem remitto ad ampliſſimum VAN IDSINGA in het Staatsregt der Heeren. Neder. / *Tom.* I. *Part.* II. *Cap.* 5. (*a*).

§. XIV.

Hactenus de praecipuis juribus, Comitibus circa internam Reip. adminiſtrationem competentibus. Reſtat ut paucis quoque exponamus, quousque ſeſe ipſorum extenderit poteſtas circa externam ejus adminiſtrationem, ſive circa jus belli & pacis. Quamdiu Francis pareret noſtra Respublica, ipſorumque nomine omnia a Comitibus gererentur, numquam niſi juſſu Regum bella geſſerunt Comites: poſtquam vero ſpreta Imperatorum poteſtate, reliquorum Comitum exempla ſecuti, omnia jura ſuo nomine exercuerunt, ipſos quoque proprio Marte, bella geſſiſſe conſtat; neque cuiquam, illis inſciis aut invitis, bellum gerere licitum fuiſſe docet PHILIPPUS a LEIDIS „ *Sicut etiam ſpecialia fida antiquorum relatione in Comitatibus Hollandiae & Zelandiae ſunt, quod nemo quantumcumque magnus, praeter Principem —— nec exercitus ductionem habet, haec enim ſoli Comiti reſervata ſunt* (*b*), & Pag. 390. *Illorum quae regalia*

„ *tia*

(*a*) Conferri meretur Ampl. VAN SWAAN *Verhandeling over het hooge Regt gebied der Graven &c.* & VAN HASSELT *in diſſert. de jurisd. crim. in Geld.* Conf. BOR L. V. *fol.* 209. *ſeqq.* 220. *L.* IV. *fol.* 126.

(*b*) *De cura Reipublicae & ſorte Principantis pag.* 130.

„ *lia dicuntur, Princeps ſolus eſt diſpenſator, guerrarum commotio,* „ *ſubventionum exploratio, pro oneribus fiſcalibus pro hoc ſolo reſer-* „ *vantur* (*a*). Neque aliter etiam rem intellexiſſe Ordines, probat celebris controverſia inter Regis Procuratorem & ipſos Ordines; ſic enim hi loquuntur dat het Land in vreede te houden/ dan oproer en ſedite te beletten toebehoort de Koninglijke Majeſteit/ ende zyn Stadhouder ende Officiers/ ende niet den Staaten/ die welke zyne Majeſteit by ſolemnele Eeden geſworen hadde te zullen beſchermen/ vermogende hierom de Staaten niet/ de Gemeente ende Onderſaten in Wapenen te ſtellen/ zonder ſpecialt bevel (*b*); hinc quoque Comitibus competiit ſervitia militaria remittere, poenam ſtatuere in eos qui militiam ſubterfugerant (*c*); militum quoque numerum definire penes Comites fuiſſe, paſſim docent urbium & pagorum privilegia; & elegans hujus rei exemplum profert MIERIS *in Codice diplomatico Tomo* III. *Pag.* 670. ad 680; ubi Albertus Bavarus ad omnes Vaſallos ſuos & urbes litteras dat, monetque ut ipſum in bellum ſequantur, addito numero militum, quos ſingulae urbes & ſinguli Vaſalli conferre deberent (*d*): ſoli hinc etiam Comites repreſſaliarum jure gaviſi fuerunt, vel aliis hoc jus conceſſerunt (*e*). Quod ſi haec jura Comitibus competierint, ipſis etiam negari ne-

(*a*) *De formis & ſemitis Reipublicae &c.*
(*b*) BOR *Lib.* V. p. 209. *ſeqq.*
(*c*) VAN LOON *Aloude Regeeringswys van Holland T.* IV. *p.* 350. *ſeqq.*
(*d*) Conf. *etiam T.* I. *p.* 222. *T.* II. *p.* 20. 22. 27. *T.* III. *p.* 166. 257.
(*e*) Ita E. G. Florentius Dordracenis permiſit, *dat wanneer eenigh van haaren poorteren ghepand ghearreſteerd ofte haar goet ghenomen werden in eenigh Heren land buyten onſer Graafſchappe, dat zij dan zonder morren weder moghen panden by onſen bailliou often onſen rechter ſcheepenen van Dordrecht, des gheenes heeren luyden die onſen poorters ghearreſteert ofte haar goet ghenomen hebben, ende dat goet ende die luyden houden in ghewaarder handt by raden ons baillouws, ons rech-*

nequit jus competiiſſe Fortalitia extruendi & deſtruendi, (*a*) ſalvum conductum dandi (*b*), nec non jus aperturae (*c*), albergariae (*d*) angariarum (*e*) & parangariarum, (*f*) jus pacem & foedera pangendi (*g*), aliaque jura huc ſpectantia, quibus inſiſtere neceſſe non eſt, quum hanc materiam prolixe expoſuit *Ampl.* VAN IDSINGA *in jure publico Belgico Pag.* 66. ad 71. & 296. ad 319.; ubi etiam opiniones Ill. H. GROTII & BYNKERSHOEKII, ſtatuentium jus belli & pacis ſingulis urbibus quoque competiiſſe, examinat & refellit.

§. XV.

Hiſce praecipuis Comitum Hollandiae juribus, alia adhuc quam plurima addi poſſent: quae circa ſacra exercuerunt, nec non jura monetae, venationis, theloneorum, fluminum & reliqua quae regalibus accenſentur: verum hactenus enumerata, meo quidem judicio, ſufficere viſa ſunt ad probandum non exiguam adeo fuiſſe Comitum Hollandiae poteſtatem, ac ſibi multi finxerunt, quaſi non ſuo nomine haec omnia exercuiſſent, ſed titulo tantum adminiſtratorio; pe-

nes

---

ters ende ſcheepenen van Dordrecht totte male dat zy van haar verlieſen bij ons ofte by onſe ghewaarden bode berecht zyn. MIERIS *Tom.* I. *p.* 501. *T.* II. *p.* 276. 371. *Regist. van Mr.* AART VAN DER GOES *p.* 261.

(*a*) IDSINGA *Staatsregt T.* I. *p.* 66. 69.
(*b*) MIERIS *T.* II. *pag.* 268. *T.* III. *p.* 118.
(*c*) IDSINGA *l. l. pag.* 150. MATTHEUS *rer. Amersf. p.* 17.
(*d*) VAN DE WALL *priv. van Dort. p.* 322. MIERIS *T.* II. *p.* 340. 546.
(*e*) IDSINGA *T.* I. *pag.* 111.
(*f*) *Ibid.*
(*g*) MIERIS *T.* I. *p.* 112. 137. 140. 147.

nes Ordines vero omnem majeſtatem fuiſſe, multa confundentes: nonnulli enim non dubitant jura quae Ordinibus competiiſſe ſtatuunt, probare ex privilegiis a Comitibus ipſis illis Ordinibus conceſſis, & nihilominus Comitem Ordinibus ſubjectum declarare: alii non ſolum ex privilegiis Comitum, ſed etiam eorum qui numquam Comites in Hollandia extiterunt; veluti ex privilegio Johannis Bavari quem ſanus nemo unquam inter Hollandiae Comites retulit: verum haec jura Ordinibus competiiſſe ponamus, qui fit quod per tot ſecula nulla ab illis lata occurrat lex, nullum conceſſum privilegium, non conſtitutus Magiſtratus, nullum bellum geſtum, nulla pax, nulla foedera inita? Verbo quid rerum unquam, ſine juſſu aut permiſſu Comitum, egerunt Ordines? Recte hinc doctiſſimus & indefeſſus antiquitatum Batavarum ſcrutator F. VAN MIERIS ſic loquitur; Indien de boven-gemelde bewyzen niet volboende mogten zyn tot behatting der Graavelijke regeering in Holland/ en het ongegronde geboelen dat de Graaven door de Staaten zouden aangeſtelt zyn nog ſtaande gehouden wordt/ aan die voorſtanders verzoek. ik ernſtelijk/ niet zo veel blyken als hier gegeven zyn/ maar ſlegts om eenen enkelen Brief die echt is te willen aantoonen door welke hunne ſtelling bewezen wordt/ of maar de minſte blyk dat de Staaten door 't Jaar 1418. genaamt worden/ of eenige gunſtbewyzen aan iemand betoond hebben/ en ik zal my voldaan houden: daar duyzenden van zulke Brieven onſer Graaven door handen zyn: doch al eens onderſteld zynde dat de Staaten den Graaf verkoſen en aangeſtelt hadden/ zou het dan niet verwonderlijk zyn/ dat niet ene enkele Brief gevonden wordt waar uyt dat gezag der Staaten blykt/ en dat zy het oppergebied bezittende toegelaten hadden dat alle Rechten/ Wetten/ Vryheden/ Leenen en Gunſtbewyzen door hun-

hunnen aangeſtelde Graaf en nooyt anders verleend / en zonder hunne naam te melden gegeeven zyn: gelijk al de oude Brieven getuygen. Daar en tegen was de Republiq nauwlijks gevestigt of al de Brieven of Privilegien wierden uit den naam der Staaten gemeen gemaakt (*a*): at vero cum omnis imperii administratio adeo difficilis, varia, & late exporrecta sit, ut summus Imperans omnibus non sufficiat, sed aliorum ministerio & auxilio, veluti quibusdam dexteris uti necesse habeat; hinc factum est ut Nobiles, & successu temporis quaedam etiam urbes, saepissime a Comitibus fuerint consulti (*b*); non tamen semper: exstant enim documenta ex quibus docemur vel per integrum annum, non convocatos fuisse Ordines (*c*). Vera itaque si amemus, dicendum, magna quidem suadendi auctoritate valuisse Ordines, nulla vero in Comitatu potestate suprema fuisse gavisos, hanc solis Comitibus competiisse.

Absit quoque ut putem, Comites Hollandiae vi dominii, sua jura exercuisse, ac si quorumvis fundorum in territorio sitorum dominium, in ejus incolas vero potestatem dominicam habuissent; quamvis enim Domini, Landsheeren in chartis dicantur, nihil aliud haec verba notant quam *Summos Imperantes*, uti *Dominium* etiam illic *Imperium* significat: dominium autem tale in fundos & incolas territorii numquam extitisse in Hollandia, probant tot conventiones & pacta

(*a*) MIERIS *Verhand. over de leenraer. van Holl pag.* 49.
(*b*) *Exempla de pace, vid. apud Schwartzenberg in Cod Fris. T.* I. *p.* 419. *de foederibus* ROSA *memor.* IV. *fol.* 56. *verso de* moneta MIERIS *in Cod Holl. T.* II. *p.* 496. *de mercatura* MIERIS *ibid. T.* III. *p.* 145.
(*c*) *Regist. van Mr.* AART VAN DER GOES *pag.* 286.

pacta inter cives (non inter ſervos) & Comites inita; quae quamvis per temporum barbariem non omnia proſtant, id tamen de ſeriori aetate, abunde conficiunt tot Comitum *laeti*, ut vocantur, *introitus*, tot juramenta invicem a Principe & ſubditis praeſtita, in quibus regiminis forma accuratiſſime conſtituitur ac definitur.

CAPUT SECUNDUM.

De Precariis Comitum Neceſſariis.

§. I.

Antiquiſſimam eſſe tributorum originem, quin & cum conſtitutis primum civitatibus initium cepiſſe, per ſe facile colligi poteſt, & antiquiſſimorum populorum Annalibus confirmatur. Etenim cum ex cujusque civitatis fine profluat, ut omnes omnino teneantur cives ea praeſtare, quibus ſalus publica conſervatur & augetur, atque hinc vi illius obligationis, nemo ita rerum ſuarum ſit dominus, ut illarum particulam ſummo jure, ſibi non poſſit vindicare publica utilitas & neceſſitas; conſequens etiam eſt, Summum Imperantem de bonis ſubditorum, tributi nomine, partem decerpere poſſe, quatenus illi ad civitatis ſalutem, cum belli, tum pacis tempore augendam, neceſſarium videatur: *neque enim* (ut recte TACITUS) *quies gentium ſine armis, neque arma ſine ſtipendiis, neque ſtipendia ſine tributis haberi poſſunt* (a).

Neceſſitas itaque & utilitas quum ſint omnium tributorum fundamentum, non poteſt etiam quin tributis ſublatis, maxime periclitetur Civitas; hinc cum Neroni primis regni ſui annis, animus inceſſiſſet tri-

(a) *Annal. Liv.* IV. 74.

tributa tollendi, laudata quidem a Senatu fuit ipsius animi magnitudo, at vero prudentissime demonstravit fore hanc imperii dissolutionem, si fructus diminuerentur, quibus Resp. sustinetur; et recte: quemadmodum enim denegatis ventriculo alimentis, totum corpus ad tabem redigitur, ita & Resp. sublatis tributis, subsistere nequit; et hinc est quod omnium Gentium historiae testentur, vel a primis inde Imperiorum incunabulis, cives tributa solvere semper fuisse solitos, quibus publica felicitas & Imperantium dignitas conservarentur. Sane heroicis jam temporibus soluta fuisse, colligere est ex HOMERO (*a*) & plura exempla in S. codice prostant (*b*).

De Romanis nihil est quod dicam: notum satis superque cuique esse confido, quomodo, uti ex saluberrimis multis institutis, multa etiam apud illos mala nata sunt exempla: quomodo in immensum excreverint modica tributa, magisque ad utilitatem Imperantium, quam Reip. expeti coeperint; ita ut vix quid supereffet quod tributis non foret obnoxium; Romanos enim umbram pretio addixisse, quin & aerem tributo alligasse testatur PLINIUS (*c*).

§. II.

Verum ad Remp. nostram propius accedamus, & ex fontibus ipsis tributorum antiquitus, hisce in regionibus exactorum, indolem investi-

(*a*) *Iliad. Lib.* IX, & XVII.
(*b*) II. Reg. XV. 19.
(*c*) *Libr.* XII. Conf. etiam LIPSIUS *Polit. L.* IV. *Cap.* XI. *n.* 36. CUJACIUS *obs. L.* VI. *obs.* 28. *& ad tit. Cod. de Annona.*

ſtigemus; ab illis enim fontibus tota pendet hujus rei cognitio; cum enim peculiaria cuique regioni ſint inſtituta, pro forma regiminis variisque temporum mutationibus varia, non ſemper ad ea ſaniora Juris-publici principia recte adplicari poſſunt: plerumque enim in indagandis quae apud diverſas Gentes antiquitus obtinuerint conſuetudinibus, non tam quid fieri debuiſſet, ſed quid factum ſit attendere debemus; unde recte Ill. DE MONTESQIEU (*a*) *Tranſporter dans les ſiecles reculés toutes les idées du ſiecle où l'on vit, c'eſt des ſources de l'erreur celle qui eſt la plus feconde.* Primum ergo de Francis videamus.

Ignotum antiquitus apud Francos, generale per omne Regnum tributum fuit: nihil enim ingenui, ſeu liberi qui dominia privata habebant, Regi, tributi nomine, ſolvere tenebantur; ad militiam unice obligati erant, ſive laici, ſive clerici eſſent (*b*); populus enim bellis deditus, otiumque (cane pejus & angue) fugiens, praeda contentus erat, tributaque parum curabat (*c*), & hinc ECCARD: *ex legibus certe ſalicis aliisque patet, Francos non ſolum mulctis mitius aliis populis tractatos, ſed etiam a tributis immunes fuiſſe, unde Francus ſaepe pro homine libero & ingenuo, apud Veteres uſurpatur: ſuperbiere igitur novo hoc nomine, & ſe non ſine gaudio, liberos Francos & nobiles Fran-*

(*a*) *Eſprit. des Loix. Liv* 30. *Ch.* XIV.

(*b*) Clericos antiquitus caſtra quoque fuiſſe ſecutos longe aliter ac plerisque viſum eſt; exemplis probavit BOUQUET *Corp. hiſt. T.* VII. *pag.* 503. Conf. de hiſce regionibus, *Cod. diplom. nuper a viro Clar.* A. KLUIT *editus pag.* 65. 66. 67. *& excurſ.* III. *ad Chron. Holl. p.* 45. addatur METTINGH *de ſtatu militiae Germ. p.* 155. 172. 370. 516.

(*c*) Ill. DE MONTESQUIEU *Eſpr. des Loix L.* XXX. *Ch.* 12.

Francos vocarunt, qua adpellatione nunc etiam tripudiunt, ac reliquis Germanis ſe nobiliores eſſe credunt (*a*).

Fuerunt tamen ſub Francis non nulla tributa, & neceſſario requirebantur ad Principis dignitatem ſuſtentandam: ſaepiusque de iis in chartis mentio occurrit; at quaenam illa fuerunt? Multi multos hac in re, errores commiſerunt; ne ipſe quidem WAGENAAR (*b*) haec tributa intellexiſſe videtur. Reges Francorum non ex tributo ſubditorum, ſed ex bonis propriis & latifundiis vivebant & ex ſolis illis latifundiis tributa exigebant; hinc tributum aedium quod *Huuslata*, ſive *Huslotho* vel etiam *Huslada* dicebatur; quale occurrit in vetuſtiſſimo Jure Friſionum apud SCHOTANUM, *in deſcriptione Freſiae Pag.* 58. Dat ma ferd penningen ſelde ende huuslaga di des Coninges dan (*c*), & in donatione Ottonis III. Theoderico Comiti facta: *ad haec etiam totum, quod de noſtro jure in pago Texla nuncupato, in beneficium tenuit, excepta quod vulgari lingua dicitur Huslada* (*d*); nec non in Catalogo bonorum Eccleſiae Trajectinae, *de theloneis quoque & de negotio aut undecunque ad partem Regiam jus fiſci cenſum exigere debet, omnis decima Sancti Martini eſto: ſimiliter & de tributo quod Huslotho vocatur.* (*e*) Convenit quodammodo illud *Huyslotho* cum tributo aedium, *Verponding* dicto; ſaltem hoc ſenſu poſteris temporibus, ve-

(*a*) ECCARD. *Rer. Franc. L.* XII. §. 9.
(*b*) *Q. Hiſtor. patr. T.* II. *p.* 25.
(*c*) *Acta ſociet. Groning. pro excol. jur. patr. T.* II. *p.* 40. 43.
(*d*) MIERIS *Chart. B. T.* I. *p.* 49.
(*e*) HEDA *pag.* 64. 65. 66.

venit in Pacto, inter Johannem Bavarum & Frisios, anno 1418. Item ſo bekennen wy unſen gnadigen Heeren zyn Hoefland / unde de jungſtagen twee Diemſche ban idliche Hupſe des Jaars (*a*): memorantur & *Cenſus* (*b*) *conjectum* (*c*) variaque thelonea decimae, ut & vectigalia complura, uti *Ripaticum*, *Pontanicum* & ſimilia, de quibus conferendus Ill. DU CANGE *in Gloſſar h. v.*

Ex Mulctis etiam & Fredis, ſeu compoſitionibus, elegans ex his terris, Regibus accedebat emolumentum, eoque majus, quod omnia fere delicta, ne homicidio quidem excepto, poena pecuniaria componebantur, quin & parricidium ſola hereditatis amiſſione puniebatur, ſolis Sacrilegis, ſervisque qui dominum occidiſſent, capitis poenam dantibus. Haec & alia complura quae ſciens omitto, ſatis demonſtrant per illa tempora, cum ſimplices eſſent mores, omnisque abeſſet luxus, ſat magnis fruitos eſſe Reges reditibus ut pro dignitate Majeſtatis perſonam ſuſtinerent.

At vero vel majus illis obveniebat emolumentum ex liberalibus ſubditorum ſuorum muneribus. Moris enim erat ut, congregato in Campis Martiis vel Majis populo, Reges a ſubditis quaedam acciperent dona in ſignum reverentiae & ſubjectionis: talia dona Pipinum anno 766, in publico placito accepiſſe teſtatur, FREDEGARIUS. (*d*)

„ *Ibi*

(*a*) BENNINGA *Chron. van Oostfr. pag.* 189. Conf. ALKEMADE *ad Æmilium Stokium in Diderico* II. & VAN LOON *ad N. Colinum verſ.* 589.
(*b*) MIERIS I. *pag.* 6.
(*c*) MIERIS I. *pag.* 11.
(*d*) *Chronic. ad an.* 766.

„ *Ibi placitum ſuum Campo Madio, quod ipſe primus pro Campo Mar-*
„ *tio, pro utilitate Francorum inſtituit, tenens, multis muneribus a*
„ *Francis & proceribus ſuis ditatus eſt.*" Pendebant haec dona a ſubditorum arbitrio, annuatim tamen haec dona Regibus oblata fuiſſe obſervamus, unde & *annua*, ſive *annualia dona* paſſim adpellari ſolent; ſic ASTRON. *Annal. ad annum* 827. *ibique habito generali conventu oblata* ANNUA DONA *ſollenni more accepit*, & IDEM *an.* 827. *Imperator autem duobus conventibus habitis, uno apud Neomagum — altero Compendium, in quo* ANNUALIA DONA *ſuſcepit.* Haec autem dona quae primitus ex mera ſubditorum liberalitate profluebant, ſucceſſu temporis, quodammodo facta ſunt neceſſitatis, unde FROTHARIUS (*a*). Francos ad ea offerenda compulſos eſſe ſcribit: „ *ſeu ad dona regia quae ad placitum dirigimus pene quod ex optimis equis habuimus diſtribuere compulſi ſumus:* reſtricta enim paululum videbatur libera donandi facultas, ex quo CAROLUS M. conſtituiſſet ut „ *quicunque in dona regia caballos praeſentaverit in unumquemque* „ *que ſuum nomen ſcriptum habeat:*" hinc enim quisque quodammodo dona adferre obligabatur, ne Regis iram in ſe contraheret, & maxime quoque per hanc conſtitutionem aucta illa fuerunt, cum quisque ut regis ſibi conciliaret benevolentiam, alios donando vincere cuperet.

Ulterius proceſſerunt Reges; quodque donum antea fuit, paulatim tributi formam induit; cum enim non ſemper aeque alacri-

(*a*) *Epiſt.* 21.

criter, vel non consueto tempore, vel ut Regibus videbatur, nimismodica offerrentur, per Comites suos ea a subditis rogare coeperunt (*a*), & ita obsoleto pedetentim vocabulo, *dono*, sub lenibus nominibus *quaestarum*, *petitionem*, *praecariarum*, *praecum*, similibusque occurrunt. Conf. Ill. DU CANGE *in gloss. med. latin. in voce quaestae.* Haec origo fuit *Precariarum* a Comitibus, ad exemplum Regum postea petitarum; de quibus mox videndum.

§. III.

Quamdiu Comites his in terris, nudi Regum Francorum Ministri fuerint, nullum ipsis juscompetit, *Precariarum* nomine, quidquam ab incolis exigendi, cum solis Regibus id, per integrum regnum esset reservatum; tentaverant id quidem non numquam Comites, verum cum nullo jure ipsorum *Preces* niterentur, generali edicto, talibus exactionibus prudentissime obviam ivit Carolus M. (*b*). *Audivimus* (inquit) *etiam quod juniores Comitum vel aliqui ministri Reip. sive nonnulli fortiores Vassi Comitum aliquas redhibitiones vel collectiones, quidam per pastum, quidam etiam sine pasto, quasi deprecando a populo exigere solent, quae omnia nobis ab omni populo juste removenda esse videntur, quia in quibusdam locis in tantum inde populus oppressus est, ut multi ferre non valentes, per fugam a dominis vel patronis lapsi fuerint & terrae ipsae in solitudinem redactae sint; potenten-*

(*a*) WAGENAAR *Vad. Hist. T.* II. *p.* 24. BODIN. *de Rep. L.* VI. *cap.* 2. LYSER *med. ad ff. spec.* 434.
(*b*) *Capitul. an* 801. *Cap.* 66.

tentioribus autem vel ditioribus ex ſpontanea tantum voluntate, vel mutua dilectione volentibus ſolatia praeſtare, minime prohibemus. Falluntur enim qui putant adeo neceſſarias fuiſſe illas *Precarias*, ut absque iis dignitatem ſuam tueri non potuerint; manifeſtus enim illorum error detegitur, ſi ſolitos Comitum reditus paulo attentius perpendamus. 1°. Habebant Comites bona ſua allodialia quae tanquam Dynaſtae poſſidebant, vel quae tanquam privati, ſive ex Regum liberalitate, ſive alio quocunque titulo adquiſiverant; quae bona qualia fuerint, ex donationibus his, illisve conceſſis, optime dignoſcimus; & vel unicum ſufficit exemplum donationis, Abbatiae Egmundanae factae (*a*). 2°. Bona & jura domanialia quibus accenſenda veniunt flumina, portus, ripae, littora, inſulae, praedia inculta, thelonia, ſimiliaque. 3°. Foreſtas, venationes, omniaque jura inde promanantia. 4°. Monetas. 5°. Omnia bona derelicta, hereditates vacantes, bona publicata, mulctas pecuniarias. 6°. Laudemia, aliaque ex feudis obvenientia; item collationes Beneficiorum aliaque multa quae brevitatis cauſa praetereo, quae omnia illis in bonis ſuis, in totum, in domaniis vero Regum ipſorum adminiſtrationi commiſſis, pro parte competebant.

§. IV.

Deinceps quum deſpecta Regum & Imperatorum auctoritate, non amplius mandati titulo, ſed ſuo nomine, omnia jura Summi Imperantis

(*a*) MIERIS *Chart. B. T.* I. *p.* 70. *unde patet hanc Abbatiam ex Principum liberalitate, tunc jam poſſediſſe* 217. *manſos: quid autem* MANSUS *fuerit explicat Cl.* KLUIT *in not. ad Chron. Holl. pag.* 21. *not.* 59.

tis exercere coepissent, etiam *Precarias* exegisse certum est; & ratio in promptu est; non enim Comitum sufficiebant reditus, ut omnia quae ad conservandam & augendam Reip. felicitatem requiri videbantur, curare possent; et hinc consequens est ipsis quoque, tanquam Summis Imperantibus, jus competisse tributa, sive *Preces*, aliave onera a subditis suis exigendi; solosque etiam Comites hoc jure usos esse, docet PHILIPPUS A LEIDIS (*a*). *Nemo* (inquit) *quantumque magnus, praeter Principem, exactionem, subventionem vel Preces pecuniarias habet vel habere potest*, & porro, *illorum quae regalia dicuntur, Princeps solus est dispensator, guerrarum commotio, subventionum exploratio pro oneribus fiscalibus, pro hoc solo reservantur.* Patet hoc etiam ex formulis in chartis usitatis: 't Gaet den heede/ Graafschje heede/ aliisque, unde & Comites eas plerumque, onse heede/ vocant, sic, wy en exempt te syn van te contribueeren in onse hede. (*b*). Ante omnia tamen attendendum est ad distinctionem quae antiquitus obtinuit inter *Precarias* necessarias & voluntarias; multi enim Scriptores *Precarias* omnes ejusdem naturae fuisse existimantes, graviſſimos interdum commiserunt errores; *Precariasque* a Comitibus, tanquam Dynastis exactas, non distinxerunt ab iis quas tanquam Comites exegisse postea videbimus. Separatim itaque de utrisque agere necesse erit. Et quantum ad priores, nullum est dubium quin optimo jure a Comitibus exigi potuerint: exactas autem fuisse, clarissime docent innumerae Chartae quibus vel expresse exi-

(*a*) *De Cur. Reip. Caſ.* 43. *pag.* 139. 390.
(*b*) VAN LEEUWEN. *Handv. van Rhynl. pag.* 514. 515.

exiguntur, vel remittuntur, vel etiam in feudum nonnumquam conceduntur; ita v. c. anno 1199. Comes Theodoricus Ecclesiae B. MARIAE in Reinsburg, confirmat in villa quae dicitur NORTGHE, novem praedia & dimidium, cum omni jure, *excepto quod super haec manentes quintam partem petitionis Comitis debent solvere* (*a*). Sic Comes Johannes anno 1297, decidit litem inter Censuales, in territorio domini Ogier & Hermanni Bokels [illegible] (*b*); ita quoque ex concessis immunitatibus; sic anno 1213, Wilhelmus Abbatiam de Reinsburg liberam & absolutam in perpetuum declarat ab omni onere *petitionis* (*c*); sic quoque non desunt exempla quod *Precariae* in feudum concessae fuerint: ita Florentius, Theoderico de Alkemade quamdam terram in *Riederwaart* — *& omne scotum* — *scilicet* 21. *libras Hollandicas recipiendas singulis annis* — *titulo contulit feudali* (*d*); quibus jungenda cessio Wilhelmi Comitis, Gherardo de Vorne, *quartae partis ex Orientali parte Schaldiae in Zelandia, omnium* PRECARIARUM *quae nobis & heredibus nostris* — *deinceps conferentur* (*d*).

§. V.

Hae autem *Precariae* primitus a Comitibus exactae, nihil aliud fuisse videntur nisi tributum, sive census ex domaniis Comitum solven-

(*a*) MIERIS *Chartb. T.* I. *pag.* 134.
(*b*) MIERIS *Chartb. T.* I. *pag.* 585.
(*c*) MIERIS *Chartb. T.* I. *p.* 159. *Conf. Cap.* III.
(*d*) MIERIS *Ibid. p.* 382.
(*e*) MIERIS *T.* II. *p.* 169.

vendus; unde a nonnullis legitimae vel etiam neceſſariae dicuntur (*a*), quia ex jure *colonario* profluebant, & optimo jure exigi poterant; noſtris in chartis, plerumque ſedinde tieden vocantur, quia ſtatis temporibus exigi ſolebant; aliquando ſingulis annis, unde jaartieden /: in charta WILHELMI HANNONII 7. *Febr.* 1323. haar onſe ſchot ende jaartieden mede te minre moet (*b*) & in charta JOHANNIS, anni 1297, alle tuyen van haar jaargetiede (*c*): aliquando bis ſingulis annis, unde Meij en Bamiſſchot/ herſt en leute bede (*d*); vel aliquando etiam ſingulis triennii, quae in ſpecie, *Bottinge* vel *boddinge* dicebantur. *Oppidani de Leide nullas caligias — dabunt niſi caligiam ab anno tertio in tertium, quae vulgo* BOTTINGE *dicitur, quae videlicet* 3 ß *&* 5 *ſolidos non excedet* (*e*). Multa alia etiam hiſce *Precariis* nomina dari obſervamus ſynonyma; veluti *cenſus*, *tallia*, Schot/ Tot/ Morgengelt/ quae omnia promiſcue uſurpantur; de quibus, paucis etiam dicendum. Schot, generale tributum erat omnia minora tributa complectens, quae a colonis & in genere a plebe, ſolvenda erant, partim ad ſubveniendum publicis oneribus, partim etiam ad nonnulla ſervitia Comitibus debita, redimenda; egregie illud explicat LAMS (*f*). Dit SCHOT, ook van alle tyden af geheeten hebbende tweederley ampten ofte beſtedinge/ want wierden

haar

(*a*) DU CANGE *in voce auxilium.*
(*b*) MIERIS *T.* II. *p.* 303.
(*c*) MIERIS *T.* I. *p.* 586.
(*d*) MIERIS *T.* I. *p.* 424.
(*e*) MIERIS *T.* I. *p.* 344. *&* *Tom.* IV. *pag.* 176.
(*f*) *Handvesten van Kennemerland. p.* 149.

baar uyt betaald eerſt alle beeden / en dan voogts mede alle den laſte dan de gemeenen buuren / als by exempel des Graven hofdienſten / Boddingen broomſchulden / thynſen / hoendergelden / en andere diergelyke meer / die geheagt wierden / ende nog geheagt worden aan den Kentmeeſter dan de Domeinen der Graaflykheid; unde & ipſum vocabulum Schot explicat VAN LOON & dictum putat, quia ab infima hominum claſſe pendebatur, mits deeze belaſting in 't eerſt maar alleen op de lyfeigenen of het uytſchot des halfs by gelegt geworden / is daarom dezelve in het verbolg onder den naam van ſchot bekend gebleeven (*a*): alii vocem derivant a Teutonico *Schutz*, id eſt, *protectio*, quia hanc ob cauſam tributa ſolvuntur; alii a Schieten, quod idem ac *exhibere*; alii iterum aliter (*b*).

Lot / erat tributum, vel cenſus quem quis tenebatur praeſtare pro capite, vel pro fundo aut mercibus: conf. charta Stephani Regis Angliae 1159, *quietum de ſcotto, de lotto & geldo & danegeldo*; hinc apud Gallos, *Lot*, portionem denotat (*c*).

Morghengeld / tributum erat praediale, ſive canon ſingulis annis a colono ſolvendum; idemque notat quod, tins / tins / *cenſus*, uti patet ex diplomate Wilhelmi Com., 1310; *item cenſum ſuum univerſum qui theutonice Cyns, ſive Morghengeld* dicitur (*d*); & ex bulla PAPAE CLEMENTIS, 1313, *Comes habebat cum cenſibus annuis univerſis qui teutonice* Tins *ſive* Morghengeld *dicuntur* (*e*); hinc illud Morghengeld con-

(*a*) *Aloude Regeeringswijze van Holland* IV. *D. p.* 236.
(*b*) Conf. *Regtsgeleerde proev. ov. de Drofteud. in Overyſſel. p.* 27. *ſeqq.* HALTAUS *in Gloſſario ad voc.* SCHOSS.
(*c*) DU CANGE *in Gloſſ. voc. Lot.*
(*d*) MIERIS *Tom.* II. *pag.* 109.
(*e*) HALTAUS *Gloſſ. voce* Morghengelt.

confundi non debet cum illo quod postea extra ordinem, exigi videmus, quodque ex mera subditorum gratia, citra juris necessitatem, Comitibus concedebatur: de quo infra dicemus.

Erant autem hae *Precariae*, sive quocunque alio nomine vocentur, tributum modicum; quantae autem fuerint, admodum pro tempore & loco variavit; apud MIERIS *T.* 2. *p.* 151. determinantur ad tres denarios; ende wy zullen hebben van de voorseide lande onse bede jaerschot dat es te weetene drye Hollandsche penningen van elcke gemeete jaerlicx/, & apud PH. DE LEIDIS, *ista superindicta — dantur in pecunia, puta de quolibet agro seu jugere tantum vel tantum & quandoque dimidius Scutatus* (*a*); sic, *Zelandi dare debent cuilibet Comiti in adventu suo jucundo, duodecim grossos de quolibet semi jugere quod vulgariter*, GHEMET, *dicitur* (*b*).

Ut autem harum *Precariarum* natura recte intelligi queat, omnino attendendum est ad conditionem eorum qui eas solvebant. Dicebantur illi, bedeschuldige lieden (*c*) schotboorige luyden (*d*) non numquam, jungluyden (*e*) huuren (*f*) *censuales* (*g*) & in genere etiam occurrunt sub titulo, de gemeente/ in charta WILHELMI III. 11 *Aug.* 1305, ubi ita vocantur respectu Nobilium & ingenuorum (*b*): ad an-

(*a*) *De cura Reip. cas.* VI. *p.* 22.
(*b*) *Ibid casu* 43. *p.* 139.
(*c*) LAMS *Handv. van Kenn. p.* 44.
(*d*) *Charta* DUCIS ALBERTI, 1391. *ap.* VAN LEEUWE *privil. Rhenol. p.* 193. *vetus jus Transisalanicum Parte* III. *art.* 8.
(*e*) MIERIS *T.* I. *pag.* 536.
(*f*) MIERIS *T.* III. *pag.* 329.
(*g*) MATTHEUS, *de Nobilitate L.* III. *C.* 9. *p.* 957.
(*b*) MIERIS *T.* II. *pag.* 48.

antiquiſſima autem tempora recurrere neceſſe eſt ut cenſualium horum ſtatum priſtinum, his in terris, intelligamus: et inprimis obſervandum quod uti apud Germanicas gentes (*a*), ac in tota Europa, ſervitus invalserat, ita his quoque in terris, ignota non fuerit: LEX FRISONUM *tit.* XV. §. 4. *tit.* I. §. 10. Larga manu, iſtius ſervitutis exempla ſuppeditant horum temporum monumenta. Et utinam noſtra aetate, iſtius veſtigia non ſupereſſent! Variae autem ſervitutis erant ſpecies, variaque ſervorum miniſteria; hinc *fiſcalini* alii, alii *eccleſiaſtici*, alii *privatorum dominio addicti*, quae omnia exponere ſi non inutile, ſaltem ſuperfluum foret; quantum ergo ad noſtram materiam facit, paucis dicemus.

Servilis ille ſtatus qui medio aevo obtinuit, variis debetur cauſis. Initio praecedentis capitis jam vidimus, quomodo per temporum barbariem obtinuerit mos, bello captos, in ſervitutem detrudendi, *conf. L.* 24. *ff. de captiv. & poſtlim. reverſ.*: at vero alii multi aderant modi quo ſervi fiebant; nonnulli vel ex neceſſitate vel ex conventione alterius ſeſe dominio ſubjiciebant; ita v. c. fame vel alia calamitate preſſi, ſaepius ſeſe in ſervitutem dediſſe memorantur in *formulis a Sirmondo evulgatis*, *n.* 10: alii ſingulari certamine, vel etiam alea victi (*b*); alii denique ex libera voluntate ſervi fiebant. (*c*). Quam miſera autem illorum ſervorum fuerit conditio, more ſuo, perelegan-ter expoſuit ROBERTSON (*d*): nihil enim, uti ex natura ſervorum pro-fluit,

(*a*) J. CAESAR, *de Bello Gallico* L. VI. C. 21. & TACIT. *M. G. cap.* 20.
(*b*) TACITUS, *M. G. Cap.* 25.
(*c*) HEDA, *fol.* 118. LEX FRESONUM *T.* II. §. I.
(*d*) *Introd. ad vit.* CAROLI V. *Sect.* I. *not.* 9. Conf. POTGIESSER *de ſtatu*

fluit, ipsis in proprium obveniebat, sed quidquid adquirebant, dominis adquirebant, quin &, si peculii nomine illis quid obtigisset, ne de eo quidem illis relicta erat disponendi facultas (*a*): unde quodammodo ab illis diversi erant, qui sub nomine *Liti* vel *Lassi*, Belgice *Laaten* occurrunt (*b*): quique MATTHEO dicuntur, *illi qui cum bello victi abduci vel occidi possent, in provintiis relicti erant, agris colendis, vel qui ex duriore servitutis statu, non quidem manumissi, sed in mitiorem transierant, sub lege annui census* (*c*): relicta his quaedam erant propria, de quibus sub certis limitationibus disponere illis erat permissum, poterant quoque sese a dominis suis redimere (*d*); nihilominus tamen servilis manebant conditionis, servilia tractabant, & ut reliqui servi alienabantur; unice gradu distincti, hinc & liberis opponuntur (*e*).

Interim tamen mitior subinde facta fuit servorum conditio, agros praediaque nonnulla illis a dominis concessa legimus unde sese alerent, & hinc, data rei pecuariae, commerciis, variisque opificiis opera (*f*), censum dominis praestabant, ac variis deinceps de causis ma-

---

statu servorum L. II. *C.* 1. §. 4. 10. 24. *L.* III. *C.* 6. *&c.* & v. d. SCHELLING *Holl. Tiendregt. T.* I. *p.* 134.

(*a*) VAN LOON *Aloude Holl. Regeeringswys.* T. III. *p.* 251.

(*b*) VAN DER SCHELLING *Tiendregt p.* 138. & *T.* II. *p.* 351. *seqq.* VAN LEEUWE *Batav. illustr. pag.* 324. & 1344. GUDELINUS *de Jure novissimo L.* I. *C.* 5. *in fin.*

(*c*) *De Nobilitate L.* IV. *Cap.* IX. LEX RIPUAR. *tit.* 42. §. 1.

(*d*) LEX FRISIONUM *Tit.* XI. §. 2.

(*e*) LEX SALICA *Tit.* XXX. §. 1. LEX FRESON *tit.* 1. §. 10. *tit.* 6. §. 1.

(*f*) LEX SALICA *Tit.* XIV. §. 11. *Tit.* XXVII. §. 3. LEX RIPUAR. *tit.* 60. §. 16. 17.

manumittebantur, ſic apud MARCULFUM (*a*), Rex Francorum edixit: *ut per omnes villas noſtras quae in veſtra, vel in cuncto regno noſtro aliorum domeſticorum ſunt actionibus, tres homines ſervientes in utroque ſexu, in unaquaque villa, ex noſtra indulgentia per veſtras epiſtolas ingenuos relaxare faciatis, nempe ob nativitatem filii* (*b*): ſic etiam in ſumma neceſſitate & ineluctabili periculo, nonnumquam manumittebantur ut militum numero adſcribi poſſent (*c*); plurimi tamen per ingreſſum in monaſteria, vel etiam munera eccleſiaſtica obeundo, quae conſuetudo cum in abuſum vergeret, metueretque CAROLUS M. ne hocce modo villae deſererentur, curaque agrorum nimis negligeretur, expreſſe cavit (*d*) *de propriis ſervis vel ancillis ut non ſupra modum in monaſteria ſumantur, ne deſerantur villae:* ne dicam quantus ſaepe ſervorum numerus pro remedio animae fuerit manumiſſus (*e*), prae reliquis manumittendi modis, uſitatus erat ille, ut ſua ſe pecunia ſervi a dominis redimerent; elegans hujus redemtionis exemplum profert VAN LOON (*f*); *Nos Theodericus de Ekenſchoyde & Godeſcalcus filius meus praeſentium tenore recognoſcimus & fatemur, quod Everhard de Medrike ex ſua conditione ad nos pertineret, & ſuam conditionem deſideraret mutare; nos ſuo conſentientes deſiderio, ſecum ad conſilium oppidi Suſatenſis acceſſimus, ipſumque ibidem in praeſentia Magiſtrorum, Conſulum, & totius*

(*a*) *In formulis* L. I. *formul.* 39.
(*b*) *Ibid.* L. II. *formul.* 52.
(*c*) NITHARD *Hiſt. diſſenſ. fil. Ludov. Pii* L. IV. *fol.* 105.
(*d*) *Capitul:* I. *an.* 805. *cap.* 2.
(*e*) BALUSIUS *miſcell. T.* IV. *p.* 338.
(*f*) *Aloude Holl. Regeer. T.* IV. *p.* 36. *not.* 2.

totius consilii manumisimus eam ab omni jugo servitutis & ab omni jure, quo nobis tenebatur adstrictus liberum & solutum, accepta proinde pecunia competente. Quin & aliquando factum est ut tota villa libera declararetur, si quando domini pecunia indigerent, uti de ABBATE EGMUNDANO, docuit A. MATTHAEUS *in not. ad Annal. Egmund. pag.* 201. At vero hae manumissiones plerumque dominis non magnum adferebant incommodum, nam praeterquam quod non gratis fierent, observandum est libertatem illam quam hoc tempore adquirebant, minime fuisse perfectam, rarissime enim plenam tunc obtineri, docuit *J. A. Kopp.* (*a*); verum servili quodam nexu, quod *servitium libertinitatis* vocabant, dominis suis adhuc erant adstricti, hinc ad testimonia perinde ac servi, non admittebantur, ab officiis arcebantur, cum ingenuis matrimonio copulari ipsis non licebat, censum praestabant, & serviliorum redemptionem, quae omnia uno vocabulo *Schot*, comprehenduntur (*b*); ex quibus patet censum illum annuum [illegible] notam fuisse pristinae conditionis servilis, ac proinde censuales illos, [illegible] ab ingenuis, [illegible] omnino distingui debere (*c*).

Erat autem census ille adeo censualibus inhaerens, ut non nisi speciali privilegio a Principe impetrato, ab illo possent eximi, adeo ut quamvis censualis praedium ab omnibus oneribus immune adqui-

si-

(*a*) *De Insigni diff. inter S. R. T. Comites & Nob. immed. Sect.* I. §. 10. *pag.* 47. DU CANGE *in voce. libertus.*

(*b*) LAMS *Handvest. van Kennem. II.*

(*c*) MATTHAEUS, *de Nobilitate L.* IV. *pag.* 957. MIERIS *Charterb. T.* III. *N.* II. 38. 559.

fiviſſet, nihilominus cenſum ex eo praeſtare teneretur, ita proſtat, charta DUCIS ALBERTI, *anni* 1391, qua expreſſe cavetur, waar eenig goed dat nu niet ſchotbaer en waare/ en namaels aen ſchotbaere lude quame/ dat ſel tot eenige dage ſchotbaer blyven gelyke andere Goederen; want ons anders onſe dienſt en herelykheyd daer mede verliesen (*a*), hoc enim modo, invito domino, ſeſe a cenſu eximere potuiſſent: ita quoque ipſorum bona feudalia cenſititia fiebant, ex charta WILHELMI VI. 3 *Aprilis* 1415. al houdet een bedeſchuldigh man zyn goedt dan yemand te leene daer zal hy ſchot af gelden (*b*): id tamen reſtringebatur ad bona quae ab aliis in feudum receperant, non quae a Comite, hinc adjicit Comes, ſonder dan ons/; Comiti enim fat ampla commoda ex feudis obveniebant, quam ut duplici onere vaſſallos premeret: immo licet cenſualis aliquis admitteretur ad munera & officia quae originarie ad ſolos pertinebant ingenuos, veluti Schulteti Schabini &c., manebat tamen cenſui obnoxius al waer een ſchotbaer man Schout/ baarom en zal hy niet hun zyn (*c*).

Solis itaque feudis Comitum exceptis, omnia cenſualium bona, cenſualia manebant & cum illo onere ad quoscumque poſſeſſores tranſibant, quod cum aliquando negligeretur, non ſine magno Precariarum detrimento, iteratis vicibus edixerunt Principes ſchotbaar land zal ſchotbaar blyven wie het oock krygt/ de quo infra dicemus.

Eodem jure nituntur Precariae ab urbibus exactae; ex quo enim his

(*a*) *Apud* VAN LEEUWEN *Handv. van Rhynl. pag.* 193.
(*b*) MIERIS *ibid*: T. IV. *p.* 332.
(*c*) MIERIS *Tom.* I. *pag.* 536.

his in terris Principes urbes excitare coeperint, multos censuales civitate donarunt: inter varia autem privilegia, hi censuales impetrarunt ut nemini servitia praestare tenerentur: *charta* WILHELMI COMITIS 1245. Nadien dat iemand Poirter gemaakt is/ en is hy niet schuldig iemand dienstman te weesen / maar hy zal gehouden die ingheboden der Poirten na den Poirtrecht: praeterea remissus illis fuit census agrorum, & in multis, ingenuis fuerunt accensiti, at vero ne omnis pristini status periret memoria, modica illis summa quotannis solvenda imposita fuit, cujus respectu etiam ab ingenuis distinguebantur; (nullus enim ingenuus, id est cujus majores privato numquam dominio fuerant subjecti, tributis onerari fas erat) & hinc singularum urbium quota olim taxata fuit; sic v. c. in charta GHERARDI DE VOKN Brilensibus data 1306. Dat wy omme verbaar unser Heeren ende onse goede luden van den Briel hebben gegeet haer stot op sesse en twintich pond Hollands; en seeven Schellingen jairlijks te geeven te Sinte Maertens Misse/ & ita de aliis, de quibus postea.

Ex dictis clarissime patere mihi videtur Precarias illas, ex jure colonario unice esse derivandas, neque aliud quid fuisse nisi certum reditum ex domaniis, unde etiam VAN LEEUWEN zulks is dan Meyende Vanwelcker of Heerst en Lente heede een jaarlijksche Pagt ofte Erfrente (*a*) ac proinde minus accurate Precariarum nomine insigniri, quoniam ad eas solvendas perfecte obligati erant censuales.

§. VII.

(*a*) *Redevoer. onderz. over het regt der Edelen &c. p.* 82.

§. VI.

Commode autem hae Precariae duplicem recipiunt diviſionem; fuerunt enim ORDINARIAE vel EXTRAORDINARIAE. ORDINARIAE erant, quae certam praeſtationem habebant, vel ſingulis annis, vel ſtatuto tempore. EXTRAORDINARIAE quae in caſibus repentinis extra ordinem imperabantur, vel una collatione, vel ad certum etiam tempus.

De ORDINARIIS non opus eſt ut dicam, quum ex dictis facile intelligantur: verum quae fuerint EXTRAORDINARIAE paucis videndum. Sex potiſſimum enumerantur caſus in quibus hae exigebantur; 1. tempore belli, 2. in inauguratione Comitis, 3. ſi Comes aut ejus liberi matrimonium inirent, 4. ſi Comes ad curiam Imperatoris vocaretur, 5. ſi Comes aut ejus filii ordini equeſtri adſcriberentur, 6. ſi Comes in bello captus eſſet: de ſingulis videndum.

Belli ob cauſam, Precarias exactas fuiſſe probare non eſt difficile; cuique enim attentius Hunnorum, Danorum aliarumque nationum incurſiones, & inteſtina etiam bella conſideranti, ſtatim patebit haud raro hanc ob cauſam, ad extraordinarias Precarias confugere debuiſſe Comites; at ſi non rarae, ſaltem modicae erant illae Precariae; incognita enim tunc temporis per integram Europam, mercenaria militia, ſuis ſumtibus cives Principi in bello adeſſe obligati erant; dicebatur illa pecunia herbaarbgeld/ hoofthuld/ hiemtale/ eratque proprie redemtio ſervitiorum a cenſualibus praeſtandorum; ſic apud MIERIS occurrit exemplum quod ALBERTUS BAVARUS partem talis Precariae remittit: zullen ons hoogman dienen met 16 riemen ende mit

niet meer/ ende daar of beede geven (*a*): sic idem Comes censualium de HEYLOO etiam quotam minuit: Want de gemeene heuren van Heyloo voor deeze tyd altoos (schuldig) hebben geweest te dienen met 12 riemen —— als wy openbaare dienst van heerbaart gebode hadde —— geeve met deeze brieve dat zy ons ende onse nacomelingen voortaan tot eewige dage dienen zullen in onser heerbaart met ses riemen/ ende daar voor hebben zy ons gegeven ende boldaan ons ghetrouwe des Domproost van Utrecht ons thesaurier die ons goede reeckening off doen zal/ 24 Hollands schillen/ ende schelden ze daar af quyt met deeze brieve (*b*); conf. VAN LOON aloude Holl. Regeeringsvorm IV. *D. Cap.* 13. & hinc quoque apud MIERIS ende dit onse brieve ende syt betaalen/ zo wanneer ons off onse nacomelingen beede af heerbaarts tot Cats gegeven zulle mogen (*c*).

Antiquitus etiam Comites, accepto a subditis fidelitatis & subjectionis homagio, Precarias accepisse certum est. De Zelandis id docuit PH. DE LEIDIS (*d*). *Illi de Comitatu Zelandiae dare debent cuique Comiti in adventu suo jucundo, 12 grossos de quolibet semi jugere, quia Comites hoc solatium habere consueverunt*; & harum *precum* mentionem facit AUCTOR van de politique regeering (*e*), ubi haec habentur, als die voorschreeve confirmatie brieven wel beseghelt overgeleevert sy der steede/ so is die Heer schuldig te hebben een mogelyke en eene redelyke heede van zyne steede (*f*).

De

(*a*) MIERIS *T.* III. *p.* 430.
(*b*) MIERIS *T.* III. *p.* 631.
(*c*) MIERIS *T.* IV. *p.* 88. *Cf.* 238.
(*d*) *De Cura Reip. Caſ.* 43. *p.* 139.
(*e*) *Apud* ALKEMADE *Beſchryv. van den Brielle. pag.* 235.
(*f*) Conf. A. MATTHEI *Anal. L.* I. *p.* 98. 100; HEDA *pag.* 185.

De Precariis occasione nuptiarum petitis, ita scribit PH. DE LEIDIS (*a*). *Princeps habet ex consuetudine, ut in maritandis filiis aut filiabus patria sua propter novitatem solvat mille*; & insigne hujus contributionis exemplum profert *Wilhelmus Procurator* (*b*). *Eodem anno, Wilhelmus Comes Hollandiae binas filias desponsare nititur, quarum prima Regi Germaniae jungitur, secunda juveni strenuo, Juliacensi videlicet Comitis filio copulatur, pro quo suffragio, in toto Wilhelmi Comitis dominio, ipso personaliter circumeunte, exactio quaedam statuitur quae tam ab urbanis, quam rusticis ferventissime procuratur* (*c*).

Diximus solutas quoque fuisse extraordinarias Precarias si Comes iter faceret ad Imperatorem, cujus rei ratio haec fuit, quod Comites tanquam vasalli & Principes Imperii (*d*), saepissime ad Comitia Imperii vocabantur, ut de negotiis ad integrum Imperium pertinentibus deliberarent: sic apud MIERIS (*e*), *si curiam domini Imperatoris aggrediens, pontem apud Majus Trajectum transierit* —— 100. *Solidos Hollandicos exsolvent*; sic etiam (*f*). Ende dergelyke zullen zy ons gegeven als wy tot Coningen van Allemagnien of der Hyzeren hebe baaren. Observandum quoque est Hollandiam, tanquam partem Imperii Germanici, quotam contuliisse ad tributa quae per totam Germaniam exi-

ge-

(*a*) *De Cura. Reip. cas.* 47. *pag.* 161.
(*b*) *Apud* MATTHEUM *Analect. T.* II. *p.* 618. 627. 628. 676.
(*c*) *Alia exempla dabit* IDSINGA, *Staatsregt. T.* I. *pag.* 436.
(*d*) MIERIS *T.* II. *p.* 702. *T.* IV. *p.* 477. VAN LOON *over de Leenroerigh. van het Graafs. Holland.*
(*e*) MIERIS *T.* I. *p.* 158.
(*f*) MIERIS *T.* II. *p.* 639. MATTHEUS *not. ad ann. Egmund. p.* 199.

gebantur, hoc Ordd. ipsi anno 1570, in libello suo supplice fatentur, & ex hoc capite MAXIMILIANUS anno 1496, ad urbes Dordracum, Medioburgum aliasque, litteras dedit ut solutionem nummi millesimi exigeret ad expeditionem Turcicam (*a*): quantum autem contulerit Hollandia & reliquae civitates nunc foederatae, docet Oratio VIGLII SUICHEMII AB AYTA (*b*): in Imperio enim Germanico duo collectarum genera obtinebant, alterum ab omnibus provintiis praestabatur in commodum Imperii, & dicebatur Reichsteur, alterum in singulis provintiis in commodum cujusque territorii; quod dicebatur Landsteur (*c*).

Huc referri quoque potest iter ad Papam, qua occasione Precarias solutas quoque fuisse docet ALKEMADE (*d*) als de graaf op een overzeesche reise van de Paus of Keizerskroegen gheheaget is of genomen, quod aliquando accidisse ob coronationem, docet MIERIS (*e*): plerumque hoc tributum AURUM CORONARIUM Scriptoribus vocatur, de eoque conferendus LEYSER *Medit. ad ff. specim.* 434. *pag.* 1214. *ad* 1218.

Novis etiam Precariis causam praebuisse Militiam, id est si Comes vel ejus filius ordini Equitum adscriberetur, memorat ALTESERRA (*f*): varia hujus consuetudinis exempla in Comitum chartis occurrunt: sic in charta FLORENTII V. oppidanis Leidae data, *oppidani de*

(*a*) DATT *de pace publica Imperii p.* 169.
(*b*) WAGENAAR *Hist. patr. T.* V. *pag.* 317. *seqq.*
(*c*) STRUBE *diss. de collect. & aerar. provins. orig.*
(*d*) *Beschryving der Stad Brielle. p.* 230.
(*e*) MIERIS *T.* I. *pag.* 291.
(*f*) *De Ducibus & Comitibus. pag.* 179.

de Leide — ſi ego, filius meus vel frater gladio militiae accincti fuerimus, michi in decem libras Holland tenebuntur (*a*) & in privilegiis anno 1245. a WILHELMO II. Haarlemenſibus conceſſis haec habentur: *Inſuper ſi me aut verum dominum Hollandiae — militem fieri contigerit — ſolvent mihi oppidani de Herlem* 20 *libras, item ſi frater meus aut frater veri domini Hollandiae miles factus fuerit — ſolvent* XV. *libras eidem* (*b*). Nec mirandum quod hic occurrat, Comitem militiae adſcribi, quaſi ante receptionem in numerum Equitum, nobilibus natalibus gaviſi non fuiſſent Hollandiae Principes; militis enim titulus medio aevo admodum honorificus erat, titulumque ſublimiorem notabat (*c*) & magni ſemper aeſtimatus antiquitus fuit, unde & Reges & Principes quam plurimi memorantur, in quos honor ille a Papa fuit collatus (*d*). De Ludovico Pio, gladio militari praecincto & inaugurato, memorat WITEKINDUS Corbeienſis Monachus (*e*), Carolum quoque Calvum militem creatum fuiſſe, narrat AIMOINUS *L. 4. C. 17*, ut alios mittam. Quae autem jura huncce honorem concomitari ſolerent, docet laudatus A. MATTHEUS (*f*) qui etiam docet quam immenſi ſumtus ad hanc pompam celebrandam erant impendendi, praecipue ſi illuſtriores perſonae hac dignitate mactabantur. (*g*)

Ul-

(*a*) MIERIS *Chart. B. T.* I. *p.* 344.
(*b*) MIERIS *Tom.* I. *p.* 223.
(*c*) ESTOR *de miniſterialibus*, *Cap.* VII. §. 324.
(*d*) MATTHEUS *de nobilitate L.* IV. *Cap.* XIV.
(*e*) *Annalium L.* II. *p.* 15.
(*f*) *De Nobilit. L.* IV. *C.* 16.
(*g*) Conf. de hac materia J. VAN OUDENHOVEN *oude Hollandſche landen Cap.* II. & G. VAN LOON *oude Hollandſche Regeer. Tom.* V.

Ultimo loco veniunt extraordinariae Precariae occasione captivitatis Comitis exactae, cujus rei ratio per se patet: cum enim capto ab hostibus Principe, omnis suspendatur facultas inserviendi populi commodo, & ingens per illud tempus damnum societati adferri possit, aequum & justum est cives illum quem caput populi elegerunt, e captivitate liberare; & hinc apud MIERIS (*a*), *si Comes in guerra captus sit*, 100. *solidos exsolvent*, & apud Auctorem van de Politique Regering / indien de Vorst gevangen is in een strijd die ze voor zyne onderzaten begt enz.

Has autem extraordinarias Precarias, aeque ac ordinarias Comites sibi semper reservabant, easque in concedendis privilegiis, cum oppidis, tum pagis, expresse sibi stipulatos esse, ex multis chartis docere difficile non est; sic v. gr. in privilegiis oppidanis Geertruidenbergae a WILHELMO, anno 1213 concessis, remittit Comes omnes petitiones, exceptis extraordinariis illis: *si Comes curiam Domini Imperatoris aggrediens, pontem apud Majus Trajectum transierit, vel si in guerra captus fuerit*, 100. *solidos Hollandicos exsolvent, & filius ejus si miles efficiatur, vel filia sua matrimonium contraxerit tot solidos dabunt* (*b*), & in privilegiis Harlemensium, Voirt meer / wair dat zake dat mi of den waere Heere van Holland bevriel te baren tot des Lijgers hoede / off een Ridder te worden / tot eirhen van deeze zullen mi gelden die poirters van Haerlem 20 pond / oer wairt dat enich munre Susteren / of des wazen Heeren van Hollant huwlic bede / die voorsegde poirters

---

(*a*) *T.* I. *p.* 158.
(*b*) MIERIS *Tom.* I. *pag.* 158.

Arck ban Haerlem zullen mi gelben 15 pont. Voirt meer/ maeckt dat myn Heeren of dese voore Heere ban Hollant hueden Ridder voore gemaeckt/ of een Wyf nam/ die poirters ban Haerlem sullen gelden tot eliken ban deese 15 pont.

§. VII.

Supereſt ut paucis videamus de modo quo Precariae illae primitus exactae fuerint: ubi obſervanda quotatio oppidorum & pagorum, diſtributio illius quotae inter incolas, exſecutio in refractarios, collectio Precariarum &c.

Quod ad primum attinet, obſervandum penes ſolum olim Comitem ſtetiſſe Precariarum & tributorum taxationem, & controverſiarum inde ortarum deciſionem; utriusque rei ex ante dictis ſatis probatae, quamplurima exempla praebent oppidorum & pagorum ſtatuta & privilegia mox abunde excitanda: ſic v. c. ALBERTUS DUX, anno 1367, decidit litem inter Waterlandos & Monikendamenſes de quota ortam, ſo haen tzy tweeten alle goeden luyden/ dat die ban Monickedam niet meer geben zullen dan tſeſtich pond goeds gelds in mindering ban die vyf honbert ponden die het gemeene landt ban Waterlandt te geben plach/ ende dat zullen oms 't ghemeene landt ban Waterlandt tontrephen ende ghegeben (*a*).

Hae autem Precariae ſemel inſtitutae, nec augebantur, nec minuebantur, at vero ſingulorum pagorum & oppidorum variabat quota, prouti numerus vel opes incolarum variabant, ita ex. gr. urbs Dordrech-

(*a*) MIERIS *T.* III. *p.* 213.

rechtum ad ordinarias Comitum Precarias, conferebat 60 libras Hollandicas (*a*); Harlemum 20, ad extraordinarias 15 (*b*): Delft 50, ad extraordinarias 10 vel 15 (*c*): Leide 3 libras & 5 ſolidos, ad extraordinarias 10 libras (*d*): Rotterdam 20, libras (*e*): Schiedam 20 ſolidos (*f*): & ſic in reliquis urbibus, quota plerumque definita erat. Obſervari tamen meretur nonnunquam etiam indefinitam ſibi taxationem reſervaſſe Comites, uti exempla habentur in urbibus Alcmaar, Enkhuyze, Edam, Medemblik, Broek &c. boozt oft gebiele dat die waerachtige Heere van Holland tot des Heyſers hoben baren zouden / of een wyf nemen / of ridder wierden / of zyn zuſter een man gabe / of zyn dogeber een wyf / of onze ſoone / oft des rechte Heer van Hollandt Ridder wierde / of een wyf name / tot elke van deeze zullen zy alzo meenich pont gelden / als wy mit onze Rade ende mit Schepenen der zelver poogteren redelicke tazeeren ende ordineeren zullen (*g*) & in privilegiis oppido 's Gravesande datis, die poogters zullen jaarlycks een matige ende redelyke hede geeven (*h*).

Regulariter duobus penſionibus, annuae hae Precariae ſolvi ſolebant, non tamen ubique locorum, dies ſolutionis eodem tempore incidebat; ita Rotterodamenſes dimidiam quotae ſolvebant, ten Pooz-

ſchoter-

(*a*) Mierris *Tom.* I. *p.* 264.
(*b*) Mierris *T.* I. *p.* 222.
(*c*) *Ibid. T.* I. *p.* 231.
(*d*) *Ibid T.* I. *p.* 344.
(*e*) *Ibid. T.* II. *p.* 639.
(*f*) *Ibid. T.* I. *p.* 604.
(*g*) *Handv. en privil. van Alcmaer p.* 248. *ſeqq.* Conf. Mierris *Chart. R. Ton* I. *p.* 286. 491. 482. *T.* II. *p.* 830. *Tom.* III. *p.* 34. 169.
(*h*) Mierris *T.* I. *p.* 236.

ſchuter Maerte/ alteram partem, op St. Maartens Miſſe (*a*); Harlemenſes ad natalem domini, & in feſto Johannis Baptiſtae (*b*) & ita in reliquis etiam locis variabat dies.

Videamus de diſtributione ipſius quotae inter incolas, ut illa rite perageretur, mos obtinebat ut Scabini ex oppidanis, vel in pagis ex paganis nonnullos eligerent qui incolarum opes in cenſum referrent, & pro rata taxarent, quique in chartis plerumque occurrunt ſub nomine Schotzetters/ Schotters/ Ponders/ ita Albertus Dux anno 1397. 16 Martii, conſtituit: zo zullen onſe Scheepenen van Weſtſanen en van Crommenie die nu zyn/ of namaels zullen weezen/ kiezen ende neemen elk in den ambochte ende in den bedyden daar zy Scheepenen zyn/ Ponders die ongelyke uooſtſchreeven goeden waardeeren ende ponden zullen/ wanneer zy eenige Schot gaderen zullen. (*c*) & in charta ejusdem Ducis 23 April 1384., zo wanneer men Schotzetters vernieuwen zal tot Hafardswoude/ dat men dat condigen zal te doen op enen Sondag in der Vaſten/ ende dat hy dat gemeente/ ende op wien de meeste parti valt/ die ſtellent weeze dat jaar uyt. (*d*).

Horum itaque *Schotters* ſeu *Ponders* erat, ſingulorum civium Precariis obnoxiorum bona aeſtimare, nam quamvis taxatio ſeu quota plerumque eadem ſemper manebat, (quia totus pagus vel integra urbs a Comite taxabatur) neceſſe tamen ſaepe erat diſtributionem quandoque novam inſtituere, quum oppidorum, pagorumque opes pro numero & divitiis incolarum ſubinde augerentur vel pro-

pter

(*a*) Mirris *T.* II. *p.* 639.
(*b*) *Ibid. p.* 222. Cf. *T.* IV. *p.* 708. 1004.
(*c*) Mirris *T.* III. *p.* 668.
(*d*) Mirris *T.* III. *p.* 441.

pter discessum nonnullorum etiam minuerentur, idcirco statutis temporibus, novum calculum instituebant, plerumque singulis quadriennis (*a*); eleganter hanc taxationem explicat Tams in de Handvesten van Kennemerland &c./ pag. 149. seqq. qui locus hic adscribi meretur. ook geeft ieder Hoog syne eygene Schatting een bysondere naam / den een noemtse gonden: de anderen tweeënbertigste deelen / d'andere sestiende deelen / daar van een gehuur een achste gedeelte geest. Ende werd ook genoemt huurenschat / ende sommighen noemense pichen en ook oogen / hich en pich / en al is 't so dat daar verschil valt in de namen / so is 't nochtans eene en deselve sache en schattinge / ende om exempel te stellen van deeze schattinge / so stellen die van Woxmer en Thisp deeze schatting by oog / hich en pich / ende doet een Oogschots 1200 Guldens aan Geld / so dat de geene die 1200 Gl. heeft die werd op een oogh gestelt; wederom een Man ofte Vrou / of bestorve kinderen die hebben 150 Gl. aan goed / staan niet hooger als een pich / iemand hebbende 300 Gl. die werd gestelt op een hich en pich / 600 Gl. is een half oogh; 750 Gl. is een half oogh en pich; 900 Gl. half oogh; 150 Gl. half oogh / hich en pich / — so werd de begrooting van dat oogh uytgevonden by schreven: te weeten 100 Gl. brengt achtien schreven / ende tweehondert sestien schreven maaken een Oogschots van 1200 Guldens. conf. auctor van het begin / vooxtgang / en einde der hoge en der gewaande Erfgraaflijke Bedieninge in Holland / pag. 142. seqq. & G. van Loon aloude Regeeringswyze *Tom.* IV. *pag.* 243. *seqq.*

Facta in singulis oppidis & pagis bonorum taxatione, ipsa pecu-

(*a*) van Loon *Aloude Regeeringswys. T.* IV. *p.* 243.

cunia colligebatur, a Collectoribus qui Schotgaerders vel Schotvangers dicebantur, quales occurrunt in charta Alberti, data incolis de Wertzanen, item dat de Scheepenen hiezen ende nemen zullen Schotvangers/ ende die zullen macht hebben Schot te gaderen elck in sine bedyghen (*a*): hi collectam pecuniam Quaestoribus Comitis tradere solebant, vulgo de Ontvangers der heede/ quales tunc temporis complures in Hollandia erant: ita mentio fit de Ontfangheerlyn van Woerstede/ Rentmeester van Noordhollandt/ Westvriesland/ Kennemerland/ Waterlandt en Texelandt anno 1316, de Meinart Claeszoen ende M. Floris Balle (*b*), &c. Sed cum antiquissimis temporibus nulla adhuc camera rationum exstaret, quae omnium Quaestorum accepti & expensi rationes examinaret, omnia ad Comitem conferebantur, isque plerumque cum intimis aulae Consiliariis, rationes accepti audiebat: ita rationes Quaestoris Ghijsbrecht de Woerstede. anno 1316; quae antiquissimae sunt, quae hactenus prodierunt examinatae fuerunt, door myn Here den Grave/ den Here van Voerne/ Here Simon van Wenthem/ Here Herstant van Kapelle/ Heere Jonne van Polane/ ende Willem sine Broeder; (*c*) sic anno 1329, Wilhelmus III. in Hollandiam venisse dicitur om de rechteningen der Ontvangers op te nemen (*a*): de ipsa camera rationum postea instituta infra dicemus.

Hae autem Precariae cum ex justa causa omnino deberentur, non po-

(*a*) MIERIS *T.* III. *p.* 668.
(*b*) MIERIS *T.* IV. *p.* 708.
(*c*) VAN DE WALL *Handv. van Dort. p.* 567. *in not.* adde TROTS *in comm. ad LL. Fundam. Belgii p.* 140.
(*d*) WAGENAAR *Vaderl. Hist. Tom.* III. *p.* 223.

poterant impune a ſubditis negari, adeoque quando juſto tempore, in aerarium, ſeu ad Quaeſtorem pecunia non eſſet delata, parata Comitibus ad manus erat executio, & vel mulctas imponebant vel aliis remediis interdum efficacioribus uti ſolebant, ut ſalva ipſis manerent illa tributa: ita anno 1396. 8 April, conſtituit Albertus, waar dat gaſte dat daar iemand onwillig in waare / ſoe willen wy dat onſe Baillius ugt des onwillige eerſten goeden pande zonder verdreet / al ſoe veel gelts als dat ſchot beloopen mag / tot alre tyd als dat gebeuren zal / ende noot zy ſonder eenich verdrag (*a*): aliquando dupli poena in deficientes ſtatuta, ceu docet charta Wilhelmi, 13. Jan. 1310. Zo wie ons ſchot ontfoud hy zal 't gelden tweevoud / ende dat ſchot van elke ambagte zulle die geſworens in ieder ambagte gadere en ontvaan en onſe hode uitrichten (*b*), quin & in vinculis aliquando conjectos fuiſſe legimus, Ende waar ook iemand wie hy waar die niet en quame betalen / zo ontbieden wy ende beveelen onſen Kendmeeſter dat hy trekke van ambochte tot tot ambochte / van Parochie te parochie / met ſonderlinge magt om te beſtellen alle maelen / ende andere goeden / die de voorz ambacht Here ende Eygeſeten toebehoren / ende dat hy voort aantaſte hoir zelfs lyf / wie zy zyn / ende die ghene die ſchot en liede aangevaard hebben / ende die vrenge in Middelburg / ende ſluten in onze ſteen / om daar te houden tot dat wy hen anders laten weeten (*c*); poſtea tamen haec poena mitigata fuit, juſſique ſunt Quaeſtores per 8 dies, debitores Precariarum in diverſorio detinere, antequam

(*a*) Mieris *T.* III. *p.* 642. Cf. *etiam. p.* 304.
(*b*) Mieris *T* II. *p.* 90. & Lams *Handv. van Kennem. p.* 3.
(*c*) Mieris *T.* IV. *p.* 766.

quam in carcerem conjicerentur, de Rentmeesters en Ontvanger van onse heede niemand te plegen / noch laten leggen in een besloote gevangenisse / maar in een goede herberge / ten minste dat sy eerst 8 dagen hadden in die voorsz. herberge geleegen (*a*).

Has tamen Precarias pleraeque urbes, oblata semel majori summa, redemerunt, nonnullae etiam serius, uti Leida quae sub libera demum Republica, eas redemit: VAN HOUT dienstboek p. 12. dese dite pand is door de Stad aan de Graafschap betaald tot in 't Jaar 1583. 31 December; quin urbs Dordrechtum eas nondum redemit, sed uti docet vir Ampl. VAN DE WALL, deze 60 pond worden nog jaarlijks door den Thesaurier van de reparatie aan de Rentmeester generaal van Zuyd-Holland ten behoeve van de Graafschap betaald (*b*).

§. VIII.

Haec de Comitum Precariis quas ex domaniis suis percipere soliti fuerunt, quas cum supra diximus ex jure colonario fuisse solutas, illud etiam observare liceat, non solos Comites eas exegisse, verum idem illud jus pluribus Dynastis in Dynastiis suis competiisse: & primo manifestum habetur exemplum in Dominis de Voorn qui in suo territorio eadem circa Precarias jura exercuerunt, quae Comites (*c*) in suo: cessavit quidem haec facultas postquam extincta Domino-

(*a*) *Privilegien van Haarlem. p.* 151.
(*b*) *Privilegien van Dort. p.* 31.
(*c*) ALKEMADE *Beschryv. van den Briel. T.* II. *p.* 230.

norum Vornensium stirpe, iterum ad Comitem Hollandiae rediit ager Vornanus, in usu tamen remansit ut separatim taxaretur, aut Dooge Herde zal contribueren op zyn stuk (*a*); idem de Dynastia Egmundana probat JOHANNES A LEIDIS (*b*), de JOHANNE DE PERSYN Dynasta in Waterlandia: nec non de Dynastis de Breda, Altena, Brederode (ratione Dynastiae Papendrecht) conferendus MIERIS (*c*): alia plura exempla dedit VAN DER SCHELLING Hollandsch Cienrecht / *Tom.* I. *pag.* 183. *seqq.* Hinc quoque facile explicari potest quod variis locis occurrit, quod Domini de Beaumont, Goudae & Schoonhoviae, aliique Apanagati variis in locis eadem fecerint, eademque jura dederint quae Comites; multa enim loca veluti Amsteldam, Texel, Schiedam, Gouda, Schoonhoven, Purmerend aliaque, privatis ejusmodi Dynastis parebant, antequam cum domaniis Comitum conjuncta fuerunt: idemque in genere dicendum de omnibus Dynastiis seu Hooge Heerlijkheden / nisi aliter pacto fuerit constitutum, quo casu hi Dynastae Comitum subcollectores erant (ceterum a Precariis Comitum immunes, qua de re infra dicemus) Verbo dicendum quod cum sensimetiam ad subsidia conferenda obligatae fuerint Dynastiae, ipsi Dynastae subcollectandi jure nonnumquam fuerint abusi, & expressa lege caverit

CA-

(*a*) *Ibid T.* II. *p.* 34. 114. 120.

(*b*) *In Chron. Belg. L.* XXXII. *C.* 14. *nec non Annales Egmund. Cap.* 68. & MIERIS *T.* IV. *p.* 178. 180.

(*c*) MIERIS *Tom.* I. *pag.* 379. *coll. pag.* 424. 425. *Tom.* II. *p.* 193. *Tom.* III. *pag.* 403. 457.

CAROLUS V. anno 1515. hat geen Keurmannen / of byzondere Heeren binne hunne Heerlijkheeden / alwaar de Graaflijke heede ontbangen worden / zonder byzonder Verlof / Heede zouden mogen heffen. Groot Placaatboek / *Tom.* II. *pag.* 2047.

CAPUT TERTIUM.

De Precariis Voluntariis.

§. I.

Vidimus hactenus de Precariis neceſſariis, quas Comitibus ex domaniis, jure ſcilicet colonario, ſolutas fuiſſe diximus, adeoque hactenus Comites non qua tales conſideravimus, ſed qua bonorum ſuorum Dominos; reſtat ut nunc de Precariis gratioſis quas Comites a ſubditis per integrum Comitatum, qua Principes exegerunt, agamus. Gratioſas ſive voluntarias eas vocamus, quia ad eas ſolvendas proprie cogi nemo poterat, & citra juris neceſſitatem, ex libera civium voluntate pendebantur. Per excellentiam hinc PRECARIAE audiunt, quia Comites eas imperare non poterant, ſed verbis precativis rogare debebant, ex priſcis nempe Germanorum & Francorum moribus, quibus omne tributi nomen exoſum erat, & nemo ad ſubſidia conferenda invitus adigi poterat.

Si priſcum harum regionum ſtatum conſideremus, quo mores ſimpliciſſimi placebant, omnisque luxus exulabat, ac proinde exigui requirebantur ſumtus ad Reipublicae onera ferenda, non eſt quod miremur primos Comites hiſce Precariis non indiguiſſe, ſatis ex domaniis ſuis fructuum percipientes, ut ſe, ſuamque dignitatem reliquaque onera ferre valerent: verum mutatis temporibus & creſcente in dies, his in oris, rerum gerendarum mole, mutataque bellandi ratio-

tione, contra, variis de cauſis, imminutis Comitum reditibus, ac proinde non ſufficientibus, mediis extraordinariis utendum fuit, pecuniamque a ſubditis rogare vel mutuam ſumere coacti ſunt Comites (*a*). Nec minor in his Comitum noſtrorum erat poteſtas, quam omnium Germanici Imperii Principum, immo ipſorum Regum & Imperatorum, quippe quibus nullum, illis temporibus, jus competiiſſe videtur tributa imperandi (*b*).

§. II.

Quo autem tempore hae Precariae a Comitibus peti coeperint, determinare admodum difficile eſt: certum eſt ante ſeculum XIV, raro occurrere: anno 1323. a Wilhelmo III. petitas fuiſſe docet Mieris (*c*), de Wilhelmo IV. Precarias petente anno 1340, elegans habetur exemplum in privilegiis Dordraci (*d*); ex quibus locis patet etiam fuiſſe contributionem admodum modicam, quomodo ſenſim creverint, immo tandem in graviſſimas contributiones mutatae fuerint, mox videbimus.

Illud primum obſervandum, hocce tempore magis invaluiſſe morem pecuniam mutuam ſumendi, quae pecunia non ab extraneis petebatur, verum receptum erat ut urbes, vel Nobiles, vel ditiores Privati

(*a*) VELIUS *Chronyk van Hoorn. p.* 48. *not* 63.
(*b*) LEISER *Med. ad ff: ſpecim.* 669. §. 1. & DU CANGE *in gloſſar. voce* AUXILIUM, ROGA, QUAESTA &c.
(*c*) *Charterb. T.* II. *p.* 332. & *p.* 559. *anno* 1334.
(*d*) Conf. v. D. WALL *privil. van Dort. pag.* 185.

vati eam Principibus crederent; varia etiam hujus moris in chartis & Annalibus obvia habemus exempla; ita jam anno 1345. Wilhelmus IV. Comes, Trajectenſes & Friſios debellaturus, pecuniam mutuam accepit a nonnullis urbibus, uti Dordraco, Zierickzea, Medioburgo, Delfta, Leida & Harlemo (*a*), necnon a Nobilibus quibusdam, uti Zwedero Domino in Abcoude, & Johanne Domino de Beaumont (*b*); ita quoque ſub ſtirpe Bavarica, Albertus ad expeditionem contra eosdem Friſios ab urbe Dordraco accepit ſummam 4000 Florenorum Dordracenorum, a Leida 3000, ab Harlemo 5000 Scutatorum veterum, & a Delfta 4000 (*c*); ſimiliter ad obſidionem arcis Hagenſtein, ab urbibus compluribus pecunia Comitibus credita fuit (*d*). Nec imminutum poſtea fuit illud debitum, ſed crevit in dies, quum plerumque pecunia indigerent vixque ordinarii reditus ſufficerent uſuris ſolvendis: non enim gratis illa pecunia concedebatur, ſed uſuras interdum, etiam graviores, ſibi ſtipulabantur urbes, ita urbs Leida Comiti 3000 Scutatorum credens, decimam uſurarum homine, ſtipulata fuit, quem in finem bona ſua & reditus oppignorare, immo vendere interdum coacti fuerunt Comites aere alieno preſſi; ita anno 1405, Wilhelmus Dux omnia ſua bona oppignoravit his verbis. Ende maart dat onſe hooghz. ſtreben / ofte eenigen van hun hier en boven eenighe hinder ofte ſchade leede / by gebreck van betaaling der ingheſetenen hooghz. / zo willen wy en ghemaegtigen onſen goede ſtreben hoognoemt dat

39

(*a*) Mierris *T.* II. *p.* 691.
(*b*) Mierris *T.* II. *p.* 694.
(*c*) *T.* III. *p.* 678.
(*d*) Mierris *T.* IV. *p.* 29. 30. 114.

zy zonder verdienſte tregens ons ofte yemande/ daar voor aantaſten zullen moghen alle onſe goederen ende renten die wy hebben in onſe landen Vennemerland en Oſtland/ en hen daar aan te verhaalen/ die wy hen alle gantſcheyn in handen daar voor gheſet hebben/ haar bryf wille daar mede te doen ter tyd toe dat zy ons en ledigh weezen zullen van den ygſenten voorſz. enz. (*a*) & Albertus ut debita a fratre Ludovico contracta ſolveret, coactus fuit Wieringerlandiam vendere pro ſumma 7000 (Vyfter Schilden) want wy nergens lienen noch geld creggen en konde (*b*).

§. III.

Cum vero pecunia illa credita potiſſimum peteretur tempore belli, vel in ſimili caſu ubi neceſſitas Reip. flagitabat, durumque omnino eſſet ut a ſolo Comite omnes impenſae fierent, adeoque onera omnia illum ſequerentur, commoda vero omnes cives, hinc mos Precarias petendi ſenſim magis invaluit; ita Albertus Dux anno 1399. Precariam modicam petiit a Brielenſibus: teſte ejus charta 18 Februarii ejusdem anni, &c. want onſe liebe en getrouwe Voorghermeeſters/ Schepenen en Raede onſer Steden van den Briel/ om onſer beeden wille ons gunſtelyk gegheeven hebben voor hun en hunne meede-poorteren/ ommme te verhaalen zullen laſt ende coſt/ als wy nu ter tyd hebben van onſen ſoudenaaren/ die ligghen van onſer weegen in onſer Steeden van Staveren in Ooſt-

Vries-

(*a*) Mierris *T.* IV. *p.* 29. 30. 443. 446. 450. Cf. *Tom.* II. *p.* 691. *T.* III. *p.* 49. 761. 763. 769.
(*b*) Mierris *T.* III. *p.* 49.

Vriesland van elken Gemeeten hun en hunne meede-poorteren toehoorende/ twee groot/ des wi hun gunstelijk bedanken (*a*). Sub sequentibus Comitibus, magis magisque Precariae creverunt, introducta enim sensim mercenaria militia, primo belli tempore, postea etiam in pace, perpetui praesidii causa, subsidia ad milites alendos necessaria in diem majora requirebantur; jam anno 1426. Philippus, cognomine Bonus, primus Comes ex stirpe Burgundica, ab urbibus quae suis addictae erant partibus, petiit Scutatorum 30000 ad sustentandos per sex menses 1500 milites (*b*). Cunctas Precarias a Comitibus postea rogatas proferre non vacat, sufficiet si nonnullas proferam, ex quibus incrementa clare pateant; idem ille Philippus in sex annos continuos Precarias rogavit Scutatorum 58133, id est in singulos annos *f* 43599-15 (*c*): majores petiit Carolus Audax; vix enim ad Imperium pervenerat, quin Precarias, quotquot petitae fuerant, majores peteret, nempe 480000 Scutatorum pro se, 32000 pro uxore, 16000 pro aulicis, & 4800 pro sumtibus itineris: ad quam summam Hollandia 372800, Zelandia 160000 conferre debuit: at quantae & quam frequentes sub Carolo Audace, petitae sint Precariae, docent tot turbae & seditiones in urbibus, hanc ob causam motae; nec modica subsidia Carolo sufficere poterant, si varia & pernicioſa bella consideremus quae gessit ut ambitioni satis-

(*a*) MIERIS *T.* III. *p.* 718.
(*b*) WAGENAAR *Vaderl. Hist. T.* III. *p.* 474. MIERIS *T.* IV. *p.* 868. & WAGENAAR *ibid. p.* 480.
(*c*) VAN LOON *Aloude Regeer. T.* IV. *p.* 226. add. WAGEN. *Vad. Hist. T.* IV. *pag.* 4. 20. 39. 87. & VELIUS *in de Chronyk van Hoorn. pag.* 62.

ſatisfaceret, in quae Hollandos etiam immiſcuit, ſub eo quoque pertua militia ſtipendiaria his in regionibus, introduci coepit, unde primus quoque impetravit ſtipendium 8000 Equitum qui fines contra Gallos tuerentur (*a*), poſtea ſub ultima ſtirpe non imminutae fuerunt Precariae, ſed majores & frequentiores evaſerunt, nam cum, ſtabilita ſemel mercenaria militia, cauſa petendi facta eſſet perpetua, neceſſe fuit ut ex extraordinariis quales antea fuerant Precariis, ordinariarum contributionum formam induerent; hinc regulariter petitas fuiſſe docet hiſtoria: quare de illis nihil addo, & notiſſimae cuique ſunt Precariae vel potius inormia illa tributa a Philippo ejusque Tyrannidis conſorte Duce Albano, a ſubditis exacta (*b*).

§. IV.

Ex quo vero extraordinariae illae Precariae in ordinarias mutatae ſuerunt, Precariae iterum in ordinarias & extraordinarias diſpeſcuntur: per priores itaque intelligi debent, illa ſubſidia quae ad certum quemdam annorum numerum erogata & conceſſa, ſolito more per ſingula ſemeſtria ſolvebantur, per poſteriores vero, illa quae durante ordinario Precariarum curſu, in caſibus ex improviſo ſubortis nec moram ferentibus, a Comitibus aut Gubernatore rogabantur. Extraordinariarum harum petitionum exempla nonnulla occurrunt, prae-

(*a*) SMITS *Graven van Holland. p.* 152.
(*b*) BOR *Oorſpr. der Nederl. beroerteus L.* V. *fol.* 202. *ſeq.* & WAGENAAR *in hiſt. patriae Tom.* IV.

praesertim sub ultima stirpe; ita anno 1527. ob imminens periculum a parte Gallorum & Gelrorum, Carolus V. extra ordinem Precarias exegit, dat de Hasten uit de gemeene beden en bovenstalling niet hadden gedaen moghen/ dat hy hierom een buytengemeene bede van 80000 guldens begeerde (*a*): sequenti anno similis facta est petitio *f* 180000 (*b*), nec solum tempore belli, sed etiam aliis de causis, peti extra ordinem solebant: ita verbi gratia anno 1529, Gubernatrix ab Hollandis 100000 Coronarum petiit pro matrimonio Imperatoris, pro nativitate primogeniti & pro itinere in Italiam ut e manu Papae coronam Caesaream acciperet (*c*), &c.

§. V.

Haec de Precariarum gratiosarum origine & divisione. A solo Comite petitas fuisse ac peti potuisse, non opus est ut probem; penes eum enim fuisse Majestatem sive potestatem ea imperandi quae ad Reipublicae salutem & utilitatem necessaria sunt ex supra dictis satis liquet: nunc in eo sumus, ut videamus qualis fuerit civium obligatio Precarias solvendi, & quousque se extenderit. Naturalis quidem civium obligatio subsidia praestandi oritur ex consensu communi omnium ad Rempublicam, conjunctis viribus juvandam & defendendam; aequum enim & justum est ut qui civitatis commodis frui cupit, incommoda quoque sen-

(*a*) Register van *Aert van der Goes*. *p.* 50. *ad* 53.
(*b*) Ibid. *pag.* 98. *ad* 102. de aliis Precariis extraordinariis. Conf. Adriaan v. d. Goes *Register ad annum* 1555. *pag.* 2. *ad* 25.
(*c*) Aart van der Goes *ad hunc annum pag.* 15. add. Wagenaar *Hist. Patr. T.* IV. *pag.* 101. *Historie van Amsterdam. parte* II. *pag.* 419.

sentiat conferendi subsidia sine quibus salus publica obtineri non potest; qui enim vult finem, media quoque velit necesse est: latissime vero sese extendit haec obligatio, ita ut urgente necessitate ad Reip. conservationem non tantum partis, sed omnium bonorum jacturam libenter facere teneantur cives, & hinc Principi justa tributa exigenti parendum est, adeoque nullo colore, tributa ad salutem Reip. necessaria a civibus negari possunt; legitima enim Principis potestas exigendi tributa & obligatio civium ea solvendi pari passu ambulant; neque juste imperare potest Princeps, quod cives juste detrectant (a).

Verum enim vero a generalissimis his principiis non valet argumentum ad priscam harum regionum constitutionem; numquam enim Comitibus jus competiit ullum tributum imperandi, excepto in domaniis, debebant illud petere, nec perfecta hinc incubuit civibus obligatio illud praestandi, requirebatur omnino ipsorum consensus, adeoque illud concedere vel negare poterant, quae omnia ex constitutione Reipublicae, per illa tempora explicanda sunt. Quamvis enim nonnulli hinc sequi volunt, Comites quippe qui sine pecunia nihil valerent, gavisos fuisse potestate arctissimis finibus circumscripta, & hinc quidam solis Ordinibus, alii Ordinibus & Comitibus summum Imperium tribuunt; id inde sequi non adeo liquido constat, neque idcirco quidquam Comitum potestatis fastigio decedere, aut ita offeciſſe ipsorum imperio subditorum auctoritas videtur, ut summa potestas Ordinibus tribuenda sit. Quamvis enim ex notione summi Imperantis pro-

fluat

(a) PUFFENDORF *in J. N. & G. Lib.* II. C. 3. §. XI.

fluat ut non possit cogi administrationis suae rationes reddere, attamen si illius imperii particula ex constitutione aut legibus fundamentalibus Reipublicae limitetur, per hanc limitationem ipsa majestas non tollitur, sed alicujus tantum actus exercitium limitatur (a), uti hodie in Anglia, in Imperio Germanico & alibi adhuc obtinet. Et quis bonus erit Princeps qui priusquam ardua magnique praejudicii negotia (uti certe est tributorum exactio) aggrediatur, de iis consilium non ineat, non ut superiores aut sibi pares constituat, sed quia paratius obsequium, & plus auctoritatis plerumque habent quae ab omnibus aut a praecipuis probata sunt. Gratius hinc semper reddit imperium cum civibus consultatio, ob eam causam quod minus in civitatis detrimentum directa sibi persuadent homines ea quibus dirigendis vel ipsi auctores fuerint, vel alii quorum aeque intererat, & hinc interveniente populi voluntate & assensu, crescit robur & potentia summi Imperantis & major ejus fit auctoritas & feliciores progressus. Solus namque Princeps cognoscere nequit, quae onera ferre valeant aut ferre recusent singulae partes Imperii tot tantisque mutationibus obnoxiae: accedit & hoc, quod, cum obligatio praestandi tributa ex sola oriatur necessitate, promtius & lubentius tributa conferentur, si causa tributorum, sive Reip. necessitas civibus innotuit, quo casu vix sine injustia negari poterunt.

§. VI.

(a) PUFFENDORF *de J. N. & G. Libr.* VII. *Cap.* 6.

§. VI.

Videamus jam quid olim his in regionibus juris fuerit. Diximus nullum Comitibus jus imperandi, nullam civium obligationem tributa, seu preces praestandi; pluribus hoc probatur modis, 1°. ex diſertis Comitum verbis, 2°. ex adjectis a parte civium in concedendis Precariis conditionibus, 3°. ex Precariis pro parte ſolutis, & 4°. ex Precariis plane negatis.

Et quidem quantum ad primum, inconcuſſum praebet exemplum charta WILHELMI Comitis, anno 1334, incolis Rhenolandiae & Woerdae data, ubi ſic loquitur Comes; want onſe Weigheboore luden/ poijteren en ghemeenten van der Bailluſcip van Rijnland en van den lande van Woirden/ overmids der noet die is in Vrieſland/ ons ghegeven hebben om onſer hede willen/ ENDE NIET VAN EENIGHEN REGTE, tweepenninghe Hollants van der morgen/ zo bekennen wi mit deſen briefven/ DATTET VAN GHEEN REGHT EN ES, ENDE DAT WIE NOGHTE ONSE NACOMELINGHERS, NOCH HAREN NACHOMELINGHERS HEM DES HIER NAMAELS NIET EISCHEN EN ZULLEN, NOCH EISCHEN MOGHEN VAN ENIGHEN RECHTEN (*a*); ſic quoque ALBERTUS BAVARUS anno 1349. 12. Junii, fatetur urbes Dordracum, Geertrudenbergam, Schoonhoviam, nec non Equites, Nobiles, ceterosque Zuid-Hollandiae incolas bi haren bzven moetwil/ ende bi onſer jonſte in onſer groote noet ende ons ghemeenſlants behoift/ ende gedaan hebben/ ENDE VOER-

(*a*) MIERIS *Tom.* II. *pag.* 559. *ibi etiam ſimiles chartae occurrunt, Delftlandiae & Kennemariae datae, add. p.* 648.

VOER GHEEN RECHT (*a*): & ejusdem Alberti habetur charta Brielenſibus data bekennen dat zy ons die giſte ghegeven hebben VAN GUNSTEN ENDE NIET VAN RECHSWEEGEN, ende dat ſi ende haer nacomelingen ongehouden zullen zyn tot ſullker bede ons ende onſe nacomelingen voirtaan te doen / ten ware of zy 't met hare vrie wille doen wilde (*b*): quae exempla evicte probant ex ſola civium voluntate Precarias ſolutas fuiſſe; ſucceſſu tamen temporis hae litterae, *de non præjudicando*, ex uſu receſſiſſe videntur.

Diximus praeterea Ordines, ſive Nobiles & urbes plerumque Precarias conceſſiſſe ſub conditione, quod argumentum eſt limitatae circa ſubſidia pecuniaria Comitum poteſtatis; unum alterumque exemplum ad hoc probandum ſufficiat: ſic anno 1525. Dort & Haarlem conſentiunt Segeerende dat myn G. H. in 't land komme / Haarlem met condicie dat myn G. H. eenige articulen willen concederen; ende Amſterdam heeft dan Utrecht conſenteert, zo zy gehoig hebbe dan de anderen —— de Utrechtſe ſteden negatif / ook Amſterdam in zo verre zy remedie mogte hebben in tollen met meer anderen (*b*); ſimiliter anno 1544. 21 Febr. conſentit Dort in *f* 80000 vel 90000, ea conditione, *ſi reliqui etiam conſentiant*, & praeterea ſi remiſſionem aliquam obtineat, quae dicebatur gemeene gratie / haec autem conditio *remiſſionis*, plerisque conceſſionibus Precariarum, a parte ſex majorum urbium, adjecta inveni-

tur.

(*a*) MIERIS T. II. *pag.* 761. VAN DE WALL *Handv. van Dort. pag.* 285. 215. 326. 254.
(*b*) *Beſchryving van den Briel.* II. D. *fol.* 50.
(*c*) AART VAN DER GOES *Regiſt. p.* 17.

ur. (*a*) Nobiles quoque ſæpe conditiones adjiciebant: ita anno 1525, conſenſum ſuum in Precariis denegaverant, niſi ea conditione, *ut non amplius ex feudis ſuis ſervitia militaria præſtare forent obligati* &c.

Diximus tertio, patere cives non obligatos fuiſſe perfecte ad concedenda petita ſubſidia, ex eo quod ſæpius Comites coacti fuerint, minori ſumma quam petiiſſent, eſſe contenti; ita cum ad concedendam petitionem *f* 100000, anno 1525. factam, Ordines minime diſpoſitos comperiſſet Gubernatrix, diminutam ſummam ad 80000 Fl., vix obtinere potuit (*b*): ſic quoque anno 1544., cum Gubernatrix Precariam petiiſſet Fl. 198000, Nobiles primo tantum concedere voluerunt 120000, Dort tantum 90000, Haarlem 80000, Leida & Gouda 100000, & ſic etiam ratione reliquarum urbium, magna erat opinionum diſcrepantia: poſtea Nobiles quidem uſque ad 180000 concedenda fuerunt permoti, verum urbes ultra 150000, conſenſum dare noluerunt; hacque ſumma ſe contentam fore declarare coacta fuit Gubernatrix (*c*).

Nec mirum ergo ſi quando Precarias plane negari ſine injuria videmus: elegans eſt locus apud GU. PARADIN DU CUYSEAULX. *Annales de Bourgogne* (*d*), ubi Hugonnet Caroli Audacis Cancellarius Precarias & milites exigens, hoc a noſtratibus tulit reſponſum, *qu'ils reconnoiſſoyent le Duc pour leur Prince & naturel Seigneur, & que s'ils*

(*a*) ADRIAAN VAN DER GOES *pag.* 4.
(*b*) AART VAN DER GOES *ad annum* 1325. 17 *Julii.*
(*c*) AADR. V. D. GOES *ad annum* 1544. *a pag.* 1. *ad* 22.
(*d*) *L.* III. *pag.* 976.

s'ils le ſentoyent eſtre priſonnier, ou enclos entre ſes ennemis, ils vendroyent & engageroyent tout ce qu'ils avoyent à leur pouvoir pour l'en tirer & delivrer: Mais pour continuer la guerre, qui ne ſervoit, que de deſtruire ſes païs, & ſes voiſins, & d'irriter Dieu contre lui, qu'ils n'eſtoyent point deliberez de lui aider n'y de gens n'y dargent. Sic etiam Carolo Quinto extraordinaria ſubſidia ƒ 80000., anno 1527. petenti denegarunt Ordines (*d*).

§. VII.

Plura exempla proferre ſuperfluum mihi videtur, cum haec ſufficiant ad probandum preces a Comitibus non potuiſſe, ſine Ordinum conſenſu exigi, ac proinde impune negari quoque potuiſſe; quod tamen ita non eſt intelligendum quaſi ſine cauſa negari potuerint, aut unquam eas, pro lubitu Ordines negaverint: contrarium evidenter ex hiſtoria ſequitur, etenim cum per Precarias Reipublicae neceſſitatibus ſubveniretur, quis credet Ordines adeo publicae ſalutis negligentes fuiſſe, ut ſpreta juſtiſſima petendi cauſa, Precarias denegaverint unquam, niſi ob evidentem ſolvendi impotentiam? Uti enim BURGUNDUS (*b*) de Precariis agens recte dixit „ *ſubſidia & tributa imperantur non promiſcuo jure, ut in ſolutis Regnis, ſed con-*

„ *ſen-*

(*a*) AART VAN DER GOES *pag.* 50. *ſeqq. & ad annum* 1525. *pag.* XI. *ſeqq. nec non* VIGL: AB AYTA *ſuper decimum denarium apud* HOYNC VAN PAPENDRECHT *Analect. T.* I. *parte* I. *pag.* 287. *add. R. v. H.* 1559. *p.* 104. 105.

(*b*) *Hiſtor. Belg. L.* I.

„ *ſenſu civium, hoc unum ex imagine libertatis retinentium ut pete-*
„ *retur, quod negari non poteſt neceſſitatem aeſtimantibus,*" ita rara quoque ſunt negatarum Precariarum exempla, & ſi negatae aliquando fuerunt, factum id ſemper fuit ob egeſtatem: audiamus ipſos Ordines Precariarum petitionem Carolo V°. negantes, & res clara erit. Hic enim cum anno 1525. per Gubernatricem Margaretham ab Ordinibus Precariam petiiſſet 100000 florenorum, hoc tulit reſponſum, „ Dat zy goede affectie ende wille hadden den Keyzerlijke Ma-
„ jeſteit/ en myn genadigſte Vrouwe te believen int de voorſz. petitie/ alſo
„ de ſaaken en treden wel eiſchten/ maar conſiderende de groote armoede
„ van den landen/ ende achterweeſen van de Steden ter cauſe van de
„ groote beede — zeer ootmoedelijk bidden dat myn heer de Commiſſaris
„ (Jeronimus van Dorpe) dat myn G. H. ten beſten will rapporteeren/
„ ende verſoeken in 't beſten te neemen/ voor deeze tyd 't land van Holland
„ ſupporteerende/ belooftende wanneer zy negotiatie ende welvaard hebben
„ ende wat vermoogen/ zo zullen zy altyd als goede onderſaten geven en-
„ de contribueren al dat zy vermoogen zullen (*a*)," ſimiliter anno 1531. Ordines rogarunt Imperatorem ut in Hollandiam veniret praeſentaneam opem ferendi (*b*), nec poterat quin ad incitas redigerentur urbes, poſtquam Precariae in ordinarias & annales exactiones graviſſimas transmutatae eſſent, & hinc jam ſub Carolo Audace memorantur urbes, parata pecunia indigentes, ad chirographa confugere debuiſſe (*c*): & in diem poſtea aucta ſunt. Hollan-

(*a*) AART VAN-DER GOES *Regiſt. ad an.* 1525. *pag.* 11.
(*b*) *Idem pag.* 162.
(*c*) *Privilegie van Maria van Bourg. Art.* 3.

landiae debita: ſic anno 1530 accreverant ad 500,000 ℔ (*a*), & anno 1555. quotannis ſolvebantur 84500 Floreni nomine uſurarum (*b*), quae juſtae omnino cauſae erant Precarias vel negandi vel pro parte tantum concedendi, nihilominus Comites non numquam poteſtate ſua abuſi, illud jus Ordinibus vi aut minis ademerunt; ita verbi cauſa, anno 1550. 19 Julii, Carolus his uſus eſt verbis: ſo die van Holland haer niet promteliik en op ſtaende voet in conſenteerde/ ſoude hen Impden de haringhanſt geinterdiceerd worden (*c*): neque poſtea querelarum Ordinum amplius habita fuit ratio; Comitis rogare erat, Ordinum ſtatim concedere, adeo ut hic recte adplicetur illud Poëtae:

Eſt orare Ducum ſpecies violenta precandi,
Et quaſi nudato ſupplicat enſe potens.

§. VIII.

Modus autem quo hae Precariae a ſubditis peti ſolebant non ſemper idem fuit, ſed pro tempore varius; primis nempe temporibus, ipſi Comites Precarias petebant, cumque Collegium Ordinum nondum fixas haberet ſedes, Comites ſeſe in quaedam territorii ſui loca conferebant, ibique, convocatis Vaſallis, vel urbibus, ſtatum Reipublicae exponebant & ſubſidia exigebant; pacto enim non numquam ſeſe obſtrinxerant Comites, ut occaſione belli (qua Precariae antiquitus

(*a*) WAGENAAR *Vad. Hiſt. T.* V. *p.* 12.
(*b*) AADR. VAN DER GOES *pag.* 37. *ad* 95. *ita anno* 1559. *ordines queruntur debita aucta fuiſſe ad* 1400000 *fl. ab anno* 1551. *ad* 1559. *ibid. pag.* 104.
(*c*) ADR. V. D. GOES *ad annum* 1550. *pag.* 38.

sus peti solere diximus) ipsi de servitiis militaribus cum Vasallis deliberarent, uti ex charta Margarethae anno 1546. colligitur, zo zullen wi komen binnen onze Baillutuschap van Kennemerland/ ende spreeken met onze weigheboorne luden gemeenlijke om de dienst die wy van haar begeeren zullen/ nec tamen multum probaret haec Margarethae charta, si ex sequentibus non liqueret, id sub Margaretha non primum fuisse introductum, adjicit enim in continenti, gelijke onse Voorvaders gedaan hebben (*a*); hinc apud auctorem van de Politike Regeering enz. van den Vriel profertur exemplum quod Wilhelmus Bonus by informatie sunre rade op die tijd zyn Steden ende onderzaten hebe comen by hem/ ende bad hen om 1000 lb Hollands/ ende zyne onderzaten antwoirden datter te cleen toys hemluden haar Heer te geven/ en wouden hem geven 10000 lb &c. Cumque non numquam has Precarias non ipsi, sed per Gubernatores peterent, saepius petierunt Ordines ut antiquum petendi morem servarent Comites; unde quoque Philippus I anno 1452. Hollandiae urbibus promisit numquam se absentem per Ministros Precarias esse petiturum (*b*) & Maria Burgundica expresse quoque constituit Indien wy of onse nacomelingen in toekomende tyden/ eenige keeden — begeeren zouden willen/ dat wy of onze oudste oir als van gehouden zullen zyn zelve in persoon te komen (*c*), quod cum legibus statutariis Zelandis a Philippo Pulchro recognitis anno 1495. quoque convenit als de Graaf of mombour schat/ bede/ of heerbaart in Zeeland hebben wil/

30.

(*a*) Mierris *Tom.* II. *p.* 710.
(*b*) Wagenaar, *Amsterdam. T.* II. *p.* 249.
(*c*) *Groot Privil. van Vr. Maria. Art.* 35.

zo zal hy komen in Zeland tot wat plaatse dat hy wil/ en alsdan doen vergaderen die Ridderschap ende Leenmannen/ ende zyn begeeren daar voor op doen (*a*); rationem autem hujus constitutionis indicat Maria L. L. zonder die voorschreven landen of haar gedeputeerden hunten 's Lands te beschryven/ of te doen komen/ ratio etiam fuit ne per Vicarios nummis emungerentur, & dolo malo plus justo exigeretur, item ut rationes dubitandi & consentiendi expeditius declararentur, nec per substitutos Exactores dissensus rationes in pejorem partem traherentur vel credulo Principi in odium & praejudicium Negantium explicarentur; inde Philippo I. in Hispaniam profecto, & per Legatos Precarias petenti, negatas fuisse docent WAGENAAR (*b*) aliique; tempore vero inaugurationis, Comites ipsos preces petiisse per se, satis constat (*c*). Abiit tamen haec constitutio in desuetudinem, praecipue sub Carolo V, ita ut per Gubernatores aut Gubernatrices vel per alios etiam ipsorum loco, Precarias plerumque exigi videamus (*d*): hi itaque, nomine Principis, Nobiles & urbes aliquando omnes, aliquando nonnullas convocabant, & exposita necessitate Reipublicae, Precarias exigebant, hinc in R. S. v. H. dicitur, dat het Collegie van de Staaten van allen ouden tyden een Collegie gehouden is geweest/ geapprobeert by zyne Majesteits voorsaten/ daar by de saken van den landen voor-

(*a*) *Keuren van Zeland. Cap.* I. *Art.* 46.
(*b*) *Beschryving van Amsterdam. T.* II *p.* 419.
(*c*) WAGENAAR *Vad. Hist.* T. IV. *p.* 101. 388.
(*d*) WAGENAAR *Vad. Hist. T.* IV. *p.* 371. 453. *T.* V. 136. 148. 162. 210. 224. 227. 248. 264. 274. 282. 371. 381. 402. 417. *&c.*

hoogben geſchandeld/ ende gedirigeert in reſpecte van de belaſting of verlichting van de ingeſeetenen van dien/ en het gunt daar aan dependeerd (*a*).

§. IX.

An ad Precarias concedendas, unanimis omnium Nobilium & urbium requiſitus fuerit conſenſus, an vero una urbs negans, ob conſenſum reliquarum, ad conferendum cogi potuerit, dubia res eſt, praeſertim priori tempore, nec facile dubium tolletur, ob defectum documentorum; illiud quidem certum eſt, extare exempla pactorum, vi quorum ad conferendum quis ſe obligaverat, ſi quando alii conferrent; ita ratione Dynaſtiae Staveniſſe, Dominus Johannes de Steenvliet conferre tenebatur: zo wanneer ons of onſe nacomelingen heeden of heerenbaarten tot Cats gegeeven zullen worden/ alſo als dat tot haar toe cuſtumelic heeft geweeſt (*b*), ubi ad conſuetudinem provocat Wilhelmus VI.: praeterea conſtat non omnes urbes aut Nobiles fuiſſe convocatos, unde concludi licet ex conſenſu convocatorum, reliquos non convocatos, obligatos fuiſſe, ita in Zelandia ſi quando Precariae eſſent petendae, convocabantur Equites & Vaſalli, De Graaf zal doen vergaderen die Ridderſchap en leenmannen/ ende zyn begeeren daar toe op doen (*c*): hi itaque tunc pro urbibus etiam conſenticbant. Quid in

(*a*) R. S. v. H *ad annum.* 1564. 13. *Dec.* & *in* R. S. v. H. 28. *Nov.* 1564. dicitur *dat naer ouder gewoonte, dachvaarden, dienende tot bewilliging van eenige petitie by ſyn Majeſteit gedaan, ofte diergelijke treffelyke ſake, worden beſchreeven van Z. Majeſteit als Grave van Holland, by den Stadhouder ofte Rade van denzelve.*

(*b*) MIERIS *Tom.* IV. *pag.* 88.

(*c*) *Keuren van Zeeland. Cap.* I. *Art.* 43.

in Hollandia moris fuerit, quodammodo illustrat Articulus 34. Magni Privilegii Mariae, ubi in favorem urbium novum jus videtur introduxisse his verbis: item indien eenige steden ons / of onse natiomelingen in toekomende tyd by eenige van den voorschreven landen / of steden van denzelven geconsenteert ende beliest worden / zo zouden nogtans die andere platte landen / ende steden / die in dengelve niet geconsenteert noch beliest en hebben / ongehouden en onderbonden zyn ende blyven met haar in te geven / contribueeren of betaalen / niet tegenstaande ook dat die meerendeel der voorschreven landen en steden haar inne geconsenteert ende beliest hebben. Attamen illud privilegium sub Mariae successioribus, nullum amplius effectum habuit; neque confirmatum, verum omnino abrogatum fuit (*a*): sequentibus namque temporibus constat ad deliberandum de Precariis, Nobiles & sex urbes majores, Dordrechtum, Haerlemum, Delftam, Leidam, Amstelodamum & Goudam regulariter fuisse convocatos, exclusis minoribus urbibus & agris quorum vices suscipiebant Nobiles, uti patet ex pluribus inscriptionibus actorum, ita andere dachvaart / gehouden in den Hage den 10 November 1523. en compareerden van het platte land en de kleine steden de Heer van Schagen — en de groote steden (*b*): hinc multae lites & querelae ab urbibus minoribus motae, quod nimiis prae reliquis gravarentur oneribus, saepe adjicientes non praeberi sibi occasionem gravamina sua coram Principe exponendi, quum sex majores urbes tantum convocarentur, & ideo

sem-

(*a*) *Groot Plac. B. Tom.* III. *p.* 20. *T.* IV. *p.* 8. 9. 35. 38. *&c.* Ibidinga *T.* I. *pag.* 274. Paulus *Unie van Utr. T.* I. *p.* 110. *seqq.*

(*b*) *Memoriaal van* A. Sandelyn *L.* III. *fol.* 28. *verso & fol.* 89.

ſemper novam taxationem inſtituendam eſſe urgebant (*a*), immo cum aliquando Deputati minorum urbium Bruxellis, comitiis intereſſe voluiſſent, non admiſſi fuerunt (*b*); ex quibus ſatis probatum videtur, urbes minores, ex conſenſu Nobilium & majorum urbium, obligatas fuiſſe ad quotam ſuam conferendam.

Ad urbes autem majores ad Comitia vocatas quod attinet, in iis plurima vota valuiſſe videntur, ſaltem anno 1561. in actis Ordinum Hollandiae ſequentia leguntur: Naberhand ſiende de vooꝛn. Steden van Dorꝛt/ Haerlem en Amſterdam/ elkꝰ reſpectiuelijk dat alle andere Staaten perſiſteerden/ hebben verklaart dat zy hun zouden conformeeren ALS OVERSTEMT SYNDE (*c*).

Illud quoque obſervari meretur, aliquando in poenam urbi Harlemo injunctum fuiſſe dat die van Haarlem altyd gehouden zullen weſen/ ſo wanneer twee van de groote Steden van Holland conſenteeren die begeerte/ die myn ghenadigen Heren Graven van Holland ende haar Ghenade van nu vooꝛtaan ſullen doen begeeren/ dat zy als dan de derde weeſen zullen in 't conſenteeren/ ſonder eenige wegeringe (*d*); valuiſſe autem plurima ſuffragia, confirmant quoque verba Deputatorum Amſtelodamenſium 17 Nov. 1565, qui, cum in Comitiis de honorario Adriani Junii tanquam hiſtoriographi ageretur, declararunt, dat zy in deeze die-

(*a*) WAGENAAR *Vad. Hiſt. T.* IV. *p.* 412. *T.* V. *p.* 385. 386.

(*b*) AART VAN DER GOES *Regiſt. ad an.* 1542. *pag.* 328 *ſeqq.* hinc in actis anni 1566, 5. Jun. dicitur *hoewel de kleine ſteden mede litmaaten zyn van Holland, en zyn nochtans geen litmaten van 't collegie van de Staaten.* Cf. 1559. 8. Oct. *pag.* 122.

(*c*) R. S. v. H, 1561. *pag.* 60.

(*d*) LAMS *Handv. van Kennemerl. pag.* 76.

benaulube tyd geen laſt en hadden in deze ſaake get te conſenteeren oft't land daar mede te belaſten/ ende indien de andere litmaten get verſtonden deeze aangaande te conſenteeren/ dat ſy daar inne niet verſtaanden verhangen (i. e. overſtemt) oft ook gehouden te zyn/ gemerkt dit een gratieuſe ſaak was/ daar geen oberſtemming mochte hallen (*a*): dicendum hinc diverſam votorum habitam fuiſſe rationem in rebus gratioſis, & in rebus quae directe ad publicam ſalutem ſpectabant.

§ X.

Impetrato Ordinum conſenſu, omnia quae ad ſubſidia ſpectabant, Comitis erat peragere, nec Ordinum amplius videtur requiſitus fuiſſe conſenſus, hinc urbium & pagorum quotas determinabat, eas augebat vel minuebat, vel nonnullis etiam exemtionem concedebat; ſic Carolus Burgundus memoratur Precarias exegiſſe ſecundum taxationem ab ipſo factam (*b*) & hoc probant acta 2 Aug. 1543. ubi dicitur, alſo eenige zyn die geen contributie gegeven hebben/ nog in Schattaſien ſtaan/ zo zal denzelve ook een rebelſche en Gemaſſche taux gegeeven worden/ die zy mede zullen opbringen (*c*); hoc autem per Commiſſarios Comitis plerumque fieri docet Edictum Caroli V. anno 1515. 6 Julii, ubi mentio fit van commiſſarijſſen die van onſen wegen gecommitteert hebben geweeſt om hen te informeeren van de ſtaat/ faculteit/ en gelegenheit

dim.

(*a*) R. S. v. H. 17. *Nov.* 1565. *pag.* 49.
(*b*) R. S. v. H. 28. *Apr.* 1552.
(*c*) ADRIAAN V. DER GOES *Regiſt. ad an.* 1543. *p.* 361.

ban de bogen en ſteeden — om haar na te reguleeren de nieuwe ſchiltalen of verpanding (*a*).

Hinc quoque ſi juſto tempore, pecunia ab urbibus aut pagis in aerarium vel ad Quaeſtorem non deferebatur, Comes in contumaces executionem decernebat (*b*) & ſaepius hinc Ordines petierunt a Carolo Quinto ut Curiam Hollandiae juberet, eos qui ſeſe a Precariis immunes eſſe dicebant, ad collationem ſubſidiorum conſtringere; quod ipſis ſaepe quoque fuit indultum (*c*).

At vero cum ipſorum Ordinum plurimi intereſſet quomodo Precariae conferrentur, facile concipi poteſt multa Ordinibus, in his relicta aut permiſſa fuiſſe.

§. XL

Supereſt ut videamus quibus modis regulariter conceſſae Precariae colligi ſolerent: quatuor autem modos antiquitus in uſu fuiſſe adfirmant Ordines by de Schiltaalen / by den impoſt / by 't morgengeld / en by de tiende penning (*d*): de ſingulis, paucis dicamus

Primus modus, nempe by de Schiltalen, obtinebat, ſi quandò collectio fieret ſecundum antiquam quamdam diſtributionem urbium & pagorum, ſecundum divitias & facultates incolarum taxatorum hinc Schil-

ta-

(*a*) *Groot. Plac. B. T.* II. *p.* 2047. *add.* AART V. D. GOES *p.* 361. *ſeqq.* WAGENAAR *Vad. Hiſt. Tom.* IV. *p.* 20. 412. *T.* V. *p.* 250 *ſeq.* exemplum talis quotationis habetur Apud VELIUM *Chron. van Hoorn. pag.* 84. *in nota* 112. *& p.* 189. MIERIS *T.* IV. *p.* 205. ROSA *memor.* I. *fol.* 16.

(*b*) WAGENAAR *d. l. Tom.* III. *p.* 480. *T.* IV. *p.* 20. MIERIS *T.* IV. *p.* 706. 810. 834. 847. 950. *&c.*

(*c*) ADR. V. D. GOES *Regiſt. ad annum* 1545. *p.* 48. 50. 59. 62.

(*d*) *Regiſt van* ADR. VAN DER GOES *ad annum* 1552.

talen dictum a numero ſcutatorum, ſeu Schilden / quae monetae ſpecies erat (*a*) : convenit autem hocce tributum cum eo quod in aliis regionibus dicebatur *ſcutagium*, quod confirmat locus Matt. Weſtmonaſterienſis, ubi haec habentur; *ipſo quoque tempore exigitur ſcutagium, conceduntur ad opus Regis indigentis, videlicet de quolibet ſcuto viginti ſolidi* (*b*) : ex quibus quoque verbis ratio denominationis evidenter patet; promiſcue autem ſumuntur Schiltalen & Verponding / nec diverſas tributi ſpecies fuiſſe, conſtat ex placito 6 Julii 1515 (*c*), nec non ex actis Ordinum, 5 Sept. 1530, 8. Octob. 1550, & 5. Febr. 1558, 16 April 1558, geduurende dat een nieuwe Verponding of Schiltaale gemaakt zal zyn; ex dictis jam adparet non confundi debere tributum illud Verponding, cum eo quod, ſub eodem nomine noſtris diebus, ex *ſolis immobilibus* exigi videmus (*d*), quod ſeriori aetate introductum fuit. Uti autem omnium tributorum obſcura admodum origo eſt, ita etiam determinatu difficillimum eſt, quo primum tempore hocce invaluit, antiquiſſimam taxationem quae vulgo de quohieren van Verponbingen audiunt, ad annum 1448. refert Auctor hiſtoriae patriae (*e*); ante illud tamen tempus jam obtinuiſſe de Schiltaalen ſeu Verponbingen probatur ex Mattheo VAN DER HOUVE, qui omnium urbium pagorum &c. qui anno 1436. illa ſolvebant, recenſum protulit (*f*). Antiquiorem diviſionem

&c.

(*a*) WAGENAAR *Vad. Hiſt. Tom.* V. p. 407.
(*b*) *In Henrico* III. *ad annum* 1241.
(*c*) *Groot Plac. B. T.* II. *p.* 2048.
(*d*) *Reſolut.* S. v. H. 21. 26. 27. *Juny* 1550.
(*e*) *Tom.* IV. *pag.* 20.
(*f*) *Handveſt Charenyk Cap.* IV. *p.* 95. *ſeqq.*

& taxationem per Schattingen proferre, equidem adfirmare non audeo. Insequenti tempore, saepissime novum calculum instituere coacti fuerunt Comites, ob perpetuas rixas & querelas ex taxationibus ortas (*a*).

Ut autem intelligatur saepius obvia formula, onder de Schattingen liggen/ buyte de Schattingen liggen/ observandum est hanc collectionem, by de Schattingen/ non per integram Hollandiam obtinuisse, (*b*) vel quia in nonnullis oppidis & pagis alius colligendi modus obtinebat, vel quia multa loca possidebantur a Nobilibus qui in avitis suis bonis, exemtione ab oneribus gaudebant; quorum tamen plura variis modis, interdum huic tributo obnoxia facta fuerunt (*c*).

§. XII.

Alter modus Precarias colligendi erat per *accisas*: ipsa vox *accisa* ab abscindendo vel excidendo orta videtur; hinc Huberus tributum *accisae* describit geringe tollen *quasi dicas* uytsneedsels van 't lichaam der impositien (*d*), estque certa pecuniae summa quae ex esculentis & potulentis aliisque rebus quae usu teruntur & consumuntur solvitur. Usus hujus tributi antiquissimus est & jam seculo XIV., his in regionibus innotuit; permiserunt nimirum Comites, parata pecunia hoc secu-

(*a*) Wagenaar *T.* IV. *p.* 20. Commelyn *Beschr. van Amsterdam. pag.* 925. Vellus *ll p.* 189. Brand *Hist. van Enkhuyzen. p.* 59. 62. 99. 101. *Groot Plac. B. T.* IV. *p.* 6.

(*b*) *Resolut.* S. v. H. 16. *Apr.* 1550. 15 *Novemb.* 15. *Dec.* 1555 5. *Mart.* 1560. 22. *Aug.* 1556. *&c.* M. van der Houve *ll. p.* 62. *seqq.*

(*c*) *Resol.* S. v. H. 22. *Aug.* 1556. 10. *Mart.* 2. *April.* 1558. *&c.*

(*d*) *Hedendaagsche Regtsgeleerdheid.* L. II. *Cap.* 43. *n.* 4.

ſeculo ſaepe indigentes, ut urbes de rebus quae venderentur exiguum nummum exigerent, ut eo minus gravate, Comitum preces concederent, faciliusque ſolverent, vel etiam ut contractum, ſaepe pro Principe, aes alienum citius ſolverent, vel denique ut urbium neceſſitatibus ſubveniretur: unde VELIUS *in chronico Hornano*, *acciſas* impoſitas fuiſſe docet eenſdeels om daar deur te betaalen het aandeel dat de ſtad in de gemeenelands middelen betaalen moeſt/ eenſdeels ook om de dyken en hegen dan de ſtad deur de penningen daar van komende te repareeren/ zynde het zelve om trent deeze zaaken meer als nodig/ als men het gemeenebeſt deur de renten/ die men jaarlyks daar toe noeſt opneemen niet willen in den grond helpen (*a*); ita anno 1413. Alcmariae jus acciſas exigendi a Wilhelmo Bavaro conceſſum fuit ut inde debita ſolveret (*b*); ſic anno 1411. idem Comes Harlemenſibus jus dedit, extra urbem acciſas exigendi, obermits dat zy dat booſ. geld ophaleeren/ ſetten/ en ons betaalen moeten uyt eygen ey (*c*).

Antiquiſſimum autem acciſarum exemplum exſtare videtur in charta Wilhemi III. Comitis, data Zierikzeenſibus 28 Auguſti 1305; qua ipſis conceditur facultas acciſas imponendi, easque augendi vel minuendi pro lubitu (*d*); priori tamen tempore, non fuit tributum perpetuum, nam jus acciſarum urbi Schiedamo, anno 1317. tantum conceſſum fuit, tot ouſen weederſeggen (*e*) & ex alligatis locis apparet mul-

(*a*) *p.* 85. 86.
(*b*) MIERIS *T.* IV. *p.* 239. 681. Cf. *p.* 232. 415. 838.
(*c*) MIERIS *T.* IV. *p.* 187.
(*d*) MIERIS *T.* II. *p.* 49. 305. *add. p.* 191. 714. 365. *T.* III. *p.* 681. 686. 742.
(*e*) *pag.* 191. 714.

multoties sibi reservasse Comites facultatem eas abrogandi, neque hinc sine Principis jussu aut permissu, exigi a civibus potuerunt; quod cum nonnunquam negligerent urbes, accisasque suo nomine a civibus exigerent, severissime huic abusui urbium & pagorum obstetit, Carolus V., vetuitque anno 1515. dat geen steden of dorpen eenige exassen en zullen mogen opstellen hogen oste lagen/ op wyn/ bier/ hoorn/ turf/ visch/ oste andere waren koopmanschappen ende goederen/ hoedanig die zyn/ dan by octroy oste expresse consenten daer ons (*a*): ceterum qui de hocce tributo plura scire avet, adeat Conf. H. NOLTHENIUM *in dissertatione de jure circa Accisas* P. PAULUS Verklaring der Unie van Utrecht *Tom.* I. *ad Artic. V. pag.* 207. *ad* 218. *& pag.* 222. *seqq.*

§. XIII.

Ejusdem fere aetatis est tributum by het mogengeld/ sive quod ab agrorum possessoribus exigebatur, cujus jam meminit Philippus de Leidis, *quondam* inquit *stante discordia inter Episcopum Trajectensem & Dominum meum Comitem Hollandiae, subditi Comitatus multas injurias passi fuerunt a Trajectensi; quia populus in se divisus erat, qui faciliter desolationem expectat — & cum antiqui tunc consiliarii Comitis excogitassent, ut villa de Woerde muniretur, & facilis aditus praecluderetur hostibus, via erat excogitata, quod omnes habentes possessiones in Rynlandia de quolibet agro solverent denarium quod teuthonice dicitur een mogenpenninch* (*b*): unde patet diversum om-

(*a*) *Groot Plac. B. T.* II. *p.* 1051. 2047.
(*b*). *De Cura Reipublicae &c. Cas* LXXIII. *p.* 245. *seq.*

omnino esse hocce tributum ab eo de quo praecedente capite diximus; illud enim ad reditus Comitum pertinebat ex agris Censitiorum & *census annuus* vocabatur; hoc vero, tributum erat extraordinarium ab omnibus subditis exactum; de hoc namque sic loquitur Wilhelmus V. anno 1355. alle [illegible] / [illegible] / ende sieden ende ghemeene ghemeenlijken ghelden (*a*) & ab eo tanquam ab extraordinario onere liberatur Dort (*b*): extraordinarium autem tributum fuisse docent quoque plurimae chartae quibus vel ad certum actum, vel ad certum tantum tempus concessum fuit, quibus Comites etiam declarant illud ex benevolentia fuisse solutum (*c*); at vero nondum tunc generale per integram Hollandiam tributum erat, uti posteriori tempore invaluit (*d*); neque unice ad solvendas Comitum petitiones hocce tributum pendebatur, frequenter enim Heemradiis permiserunt Comites ut in suis territoriis, certum nummum ex agris reciperent (*e*).

§. XIV.

Quartus denique modus solvendi Precarias erat *decimus Denarius*; de quo conferendus VIGLII ab AYTA ZWICHEMI, *commentarius super decimum Denarium* (*f*); sufficiat indicare, modum huncce reliquis esse re-

(*a*) VAN DE WALL *Handv. van Dort. pag.* 254.
(*b*) *Ibid. pag.* 326. 335.
(*c*) MIERIS *T.* II. *p.* 332. 559. 535. 602. *T.* III. 397. 450. 473. 716. *T.* IV. *p.* 9. 33. 77. 79. 484.
(*d*) WAGENAAR *Vad. Hist. Tom.* V. *p.* 275. P. PAULUS *II. pag.* 219 *seqq.*
(*e*) MIERIS *Tom.* IV. *p.* 278. 484. *Tom.* III. *p.* 649.
(*f*) *Apud* HOYNCK VAN PAPENDRECHT *in Anal. Belg. T.* II.

recentiorem, neque ante Caroli Quinti tempora, his in regionibus occurrere, ſub hujus verum imperio, tanquam medium extraordinarium in caſu ſummae neceſſitatis, primum fuiſſe adhibitum. Scilicet eum anno 1542. Dux Clivienſis per Martinum Roſſemium omnia Brabantiae loca dirum in modum devaſtaret, nec meliora minaretur Galliae Rex, Gubernatrix ad incitas fere redacta, Ordines Bruxellis congregatos periculi certiores fecit, extraordinariis ſubſidiis ad tempeſtatem avertendam opus eſſe declarans, ordinariis precibus jam antea conceſſis, in alios uſus converſis, ad extraordinaria remedia erat recurrendum: tres itaque modos Ordinibus propoſuit, quibus ſufficiens pecunia comparari poſſet; primus erat ut centeſima ſolveretur omnium mercium exportandarum, ſecundus ut decima omnium vectigalium ex rebus immobilibus ſolveretur, & tertius ut Mercatores etiam decimam ſolverent ex quaeſtu ſuo: parum hi modi Ordinibus placebant: at periculum erat in mora; conſentiunt quamvis aegerrime, ſolliciti namque erant, ne hoc modo, incolarum divitiae nimis aperirentur, ac proinde majores in diem exigerentur petitiones: nec vanus erat Ordinum metus, ſubſequentium enim turbarum hiſtoria funeſtam decimi Denarii exactionem nimis probavit, quamvis enim Ordines decimi exactionem concedentes, ſimul prudenter impetraverant ut ſemper occultae manerent rationes accepti, nihilominus Miniſtri Imperatoris anno 1545, convocatis nonnullis Quaeſtoribus, facile viam invenerunt eas examinandi, & ſtatum regionis penitus cognoſcendi (*a*), & ſic inter ordinarios ſubſidia conferendi modos, relatus ſenſim fuit

(*a*) WAGENAAR *Vad. Hiſt.* T. V. *pag.* 282.

fuit decimus *Denarius*, ceu ipsi Ordines dicunt, qui anno 1553, ipsi hunc modum proposuerunt ad Precarias pro parte solvendas (*a*).

De hocce igitur tributo plura non dico, quem dirum enim in modum, tota tributorum facies sub ultimo Comite Philippo III., fuerit mutata, utraque historiae pagina docet.

§. XV.

Quatuor hi modi ordinarii ad Precarias solvendas promiscue adhibebantur, ita ut si quando alter non sufficeret, alter simul adhiberetur: ita habentur Precariae solutae partim ex Schiltalem/ partim ex *accisis* partim *ex* Morgengelden (*b*) similiter aliae, partim ex decimo *Denario*, ex Schiltalem/ & Morgengeld (*c*).

Sed alii etiam nonnumquam modi extra ordinem adhibiti fuerunt, vel ut ex iis integra Precaria solveretur, vel ad supplenda ea quae per ordinarios modos colligi non potuissent, quo refer het haertstedegeld quod postea Schoorsteengeld dictum est (*d*): tributum aedium & agrorum vulgo Verponding (*e*), Hoofdgeld of Familiegeld (*f*), Pondgeld (*g*), Kuptergeld (*h*) & innumera alia tributa sensim introducta, quae recensere longum foret.

§. XVI.

(*a*) *Conf. etiam R. S. H. anni* 1561. *pag.* 80. 1562. *p.* 1. 3.
(*b*) WAGENAAR *ibid. T. p.*
(*c*) WAGENAAR *ibid. T.* V. *p.* 385.
(*d*) MIERIS *Tom.* IV. *p.* 853. 856. WAGENAAR *d. l. T.* IV. *p.* 55. *& Tom.* V. *p.* 138. 375.
(*e*) *Groot Pl. Boek. T.* III. *pag.* 2047. WAGENAAR *T.* V. *p.* 12. *&c.*
(*f*) DE RIEMER *Beschryv. van 's Hage Tom.* III. *p.* 322. MIERIS *T.* IV. *pag.* 899. WAGENAAR *d. l. T.* V. *pag.* 391.
(*g*) VAN DE WALL *Handv. van Dort. p.* 509. MIERIS *T.* III. *pag.* 716. *T* IV. *pag.* 364. 370. 636.
(*h*) VELIUS *Chronyk van Hoorn. pag.* 131.

§. XVI.

Quantum ad Cameras rationum quae ſenſim his in regionibus inſtitutae ſunt, attinet, de his nonnulla adhuc dicenda ſuperſunt.

Superiori capite jam nonnulla diximus de Quaeſtoribus; deque ratione, qua collectae Precariae in Principis aerarium conferebantur: vidimus ſimul nullum olim extitiſſe Collegium quod pecuniae publicae curam haberet; At vero poſtea, cum rerum moles in immenſum excreviſſet, neque amplius ipſe Princeps ejusve Concilium his omnibus ſufficeret, erectum fuit Collegium, cui inter reliqua negotia, aerarii quoque adminiſtratio commiſſa fuit. Anno nempe 1428, cum inter Jacobam & Philippum I. lites de Imperio eſſent compoſitae, per pactum 13 Auguſti 1528 (*a*), convenit inter illos, ut Collegium ex novem viris conſtans crearetur, quod rerum & rationum publicarum curam & adminiſtrationem ſuſciperet „ Ende die reheninge van alle die Amptluyden en Dienſtluyden van Hollandt/ van Zeelandt/ ende van Vriesland mitten toebehooren zal men doen voor die Regen boorts. (*b*), illud tamen Collegium non diu duravit, ſed jam anno ſequenti ſublatum fuit (*c*): ab eo itaque tempore, omnes Quaeſtores Hollandiae rationes accepti & expenſi retulerunt ad Cameram rationum Flandricam quam Philippus Audax Flandriae Comes, jam anno 1385. in urbe Inſulis erexerat (*d*): vocabatur illa curia, *le tribunal de juſtice* &

(*a*) *Groot Plac. B. T.* III. *p.* 14.

(*b*) VAN LOON *Aloude Regeeringwys. T.* V. *p.* 644. *ſeqq.* HOYNCK VAN PAPENDRECHT *de Cameris rationum per duces Burgund. in Belgio erectis, pag.* 21. *Vital:* T. II.

(*c*) VAN DE WALL *Handv. van Dort. p.* 567. *not.* 17.

(*d*) HOYNCK VAN PAPENDRECHT *d. l. pag* 12. 17. *Placaat B. van Vlaand. T.* I. *p.* 237.

& des comptes, rationes autem plerumque reddebantur coram Delegatis Insulensibus, qui hunc in finem sese in Hollandiam conferebant, sive Hagam, sive etiam alium in locum; ita Leidae aliquando redditae sunt rationes: *ce present compte fait & clos à la Leyde en Hollande le* IX. *jour de Janvier l'an* MCCCCXXXIII *par maistre Berthelemy a la Truye Thierry Bouduillone & moy P. de la Tanerie* (*a*) qui deputati erant curiae Insulensis: anno tamen 1446 idem Philippus, Hagae Comitum, novam erexit Cameram rationum ab Insulensi separatam & distinctam, ad quam referrentur rationes quae ad Hollandiam Zelandiam & Frisiam spectarent (*b*); verum neque haec diu integra mansit, anno namque 1463. cum Camera rationum Bruxellensi conjuncta fuit (*c*). Quaestor N. Hollandiae tunc omnium urbium etiam Z. Hollandiae rationes recipiebat, easque ad Cameram Bruxellensem referebat.

Neque hic subsistunt mutationes quas subiit pecuniae publicae administratio. Carolus enim Audax Cameram rationum Hollandicam cum Brabantina conjunctam, una cum Flandrica sive Insulensi transtulit Mechliniam, ibique anno 1473. Cameram rationum universalem erexit: huic Collegio constituit Presidem, novem consiliarios, & *Magistrum rationum* ut vocant, quibus curam rationum omnium provintiarum Belgicarum cum collatione munerum & ejusmodi juribus mandavit. Donec tandem Maria, Caroli filia, provintiarum querelis

mota,

(*a*) Alia exempla dabit VAN DE WALL *d. l.* BORT *Oudh. van het Hof T.* II. *pag.* 189. *seq.* DE RIEMER *in descript. Hagae Comitum. T.* II. *p.* 236.
(*b*) VAN DE WALL *d. l. pag.* 569. 570.
(*c*) HOYNCK VAN PAPENDRECHT *Anal. Belg.* T. II. *p.* 30. *seqq.*

mota, iterum Cameram Mechlinienſem in tres Cameras diviſit, anno 1477, ſcilicet Cameram rationum Flandriae, Arteſiae, & Hannoniae conſtituens Inſulis, Brabantinam & Limburgicam Bruxellis (*a*), Hollandicam vero; Zelandicam & Friſicam, Hagae Comitum (*b*). Renovavit has tres Cameras, earumque leges & mandata ampliavit Carolus V. (*c*) ipſisque praefecit Conſilium Rationum aerarii de Raad van Financie cujus poteſtatem deſcribitur apud M. VAN DER HOEVE, Handboek-Chronijk *Parte* II. *pag.* 7 (*d*).

Camera illa rationum Hollandica poſt abjuratos Comites, pro parte ſubſtitit dictaque fuit de Rekenkamer van de Domeinen novaque ei data mandati formula XI Martii 1593: hoc vero ſeculo, poſtquam ipſa domania, maxima ex parte venumdata ſint, plane abolita eſt, & reliquorum domaniorum adminiſtratio Deputatorum (Gecommitteerde Raden) curae commiſſa fuit (*e*), ſeparato aerario publico.

§. XVII.

Ab his Cameris rationum de quibus hactenus egimus, diſtinguenda ſunt aeraria privata Ordinum quae ſucceſſu temporis, quoque invaluerunt. Ex quo enim urbium potentia & mercatura creſcere caepit, crevit quoque ipſarum auctoritas in rebus domeſticis adminiſtrandis, permiſſum illis fuit minora comitia ſive ad negotia domeſtica ſpec-

(*a*) SUPPLEMENT *aux trophées de Brabant. T.* I. *p.* 356.
(*b*) *Groot Privil. van Maria. Art.* XXII.
(*c*) LA FLEURDE *illuſtr. par l'inſtit. de la chambre de Rol a l'Iſle.*
(*d*) *R. v. H. an* 1560. *pag.* 91. *hoc conſilium aerarii nomine Regis taxationes inſtituebat, augebat vel minuebat.*
(*e*) DE RIEMER *Beſchryv. van 's Hage T.* I. *p.* 119. *Teegenwoordigen Staat van Holland. T.* IV. *p.* 197. *Groot Pl. B. T.* VI. *p.* 778.

400612A

ſpectantia habere, ſimulque ſubſidia nonnulla a civibus exigere: de his conventibus minoribus agunt Ordines *in R. S. V. Holl.* 14 *July* 1559. *pag.* 84. de Staten hebben gereſolveerd en verklaard: dat de hooghe Ontbooger van 't Gemeene Land zal mogen doen beſchryven alle Dachhaarden die willigh by den Staten gelegt worden/ als mede omme te hooren den Gemeenelands Rekening en diergelijken/ quod latius explicatur *R. S. V. H.* 17. *June* 1561. *pag.* 42. is ghereſolveert dat den Advocaat en Ontfanger van de hooge Staaten zal tot allen tyden doen beſchryven de hooge Staaten in alle lopende Saken/ Proceſſe/ of andere diergelijke aangaande die occurreren zullen/ qui conventus minores nihil cum generalibus Comitiis de publicis negotiis convocatis, commune habebant, haec enim convocabat Comes, ita *in R. S. V. H.* 28. Nov. 1564. dicitur, dat naer onder gewoonte generaale Dachvaerden/ dienende tot bewilligingh van eenige Petitie by ſyn Majeſteit. gedaan/ ende diergelijke treffelijke Saken/ worden beſchreven van S. Majeſteit als Grave van Holland by den Stadhouder ofte Raden van dengelve/ verum maxime differunt. ſubſidia illa a Precariis Comitum, quamvis enim nomina ſaepe confundantur, ita ut Beeden/ Subventien/ Petitien/ Precariegelden/ Lettinge/ Omſlag en Belaſtinge/ promiſcue adhibeantur, attamen per excellentiam Omſlag ſive Gemeenelands Omſlag, audiunt ſubſidia ab ipſis Ordinibus erogata, inſerviebant autem illa vel ut ex iis Ordines debita vel uſuras ſolverent, vel etiam ſumtus itineris ad Comitia majora, honoraria Advocati & reliquorum Officialium, vel ut Gubernatoribus dona offerrent, nova privilegia, aliaque ejusmodi obtinerent (*a*); ex quibus patet nihil commune haec ſubſidia

(*a*) *Regiſters van Aart van der Goes. pag.* 136. 177. 215 216. 221. 226. 302. 335.

dia habuiſſe cum Precariis: hinc quoque circa illa nullum jus habebant Comites, omnia vero ex mandato Ordinum conſtituebantur, hinc diverſus erat de Ontbanger van de Gemeenelands Omſlag ab de Ontbangers van de Beden/ illum conſtituebant Ordines, hunc vero Comites, ex quo liquet quomodo qui a Precariis immunes erant, ab hocce Omlag immunes non erant, & ipſi Ordines hinc immunitatem concedunt apud ALKEMADE, Beſchryv. van den Yſſel/ *T.* II. *p.* 104: pluribus hanc diſtinctionem inter aerarium Principis & privatum aerarium Ordinum adſtruxit *Ampliſſimus* VAN DE WALL (*a*).

(*a*) *Privilegien van Dort. pag.* 842. *nota A.*

CAPUT QUARTUM.

De Antiqua Nobilitatis Hollandicae a Precariis immunitate.

§. I.

Expoſita ſic materia de Precariis & ſimul de iis qui eas ſolvere olim tenebantur, ſupereſt ut hoc capite videamus de illis qui ab hoc onere fuerunt exemti; hi in duas claſſes commode dividi poſſunt: vel enim ſuo jure hac exemtione gaviſi fuerunt, vel eam ex mera Principium gratia obtinuerunt: ad priores refero omnes qui natalium ſplendore conſpicui, liberam ſemper & quietam bonorum ſuorum retinuerunt poſſeſſionem, ſub quibus continentur omnes Ingenui, ſive hi Nobiles fuerint, ſive etiam Ingenui proprie dicti & clerici; ad poſteriores refero urbes, pagos, collegia, vel etiam privatos nonnullos qui per Comitum privilegia expreſſe exempti fuerunt.

Ut autem hanc exemtionem, ſervato ordine tractem, nonnulla de Ingenuorum, id eſt Nobilium & Benenatorum conditione & juribus praemittenda mihi viſa ſunt.

§. II.

Summa, apud Germanos variasque gentes ab illis oriundas, perſonarum diviſio fuit, quod ſcilicet ingenui ſeu liberi eſſent, vel ſervi. Ingenui in genere dicebantur omnes qui nec ipſi, nec eorum majores un-

nquam privato dominio fuerant obnoxii, quique nullo vili opificio, nec imparibus nuptiis, humilibusve causis gentis suae splendorem maculaverant: hi omnes si originem & natales spectemus, inter se omnino aequales erant; si vero dignitatem & potentiam, longè diversi, unde horum quidam Ingenui & nobiles, quidam Ingenui, nec tamen nobiles.

Nobilibus primis temporibus, accensebantur omnes illi Ingenui qui ingentia bona ab alieno jurisdictione libera possidebant, nam uti recte observavit Ecchardus *Aut. Or. Ar.* veteribus notabat *possessionem nullo facto, inquit, ordinationis seu pro nostra pronuntiandi ratione Edelman quod propriam possessionarium, sine bonis gaudentem aut possessorem donatat in ingenui & Nobilis titulum abierit, & Adel nobilis ingenuitatem aut nobilitatem designet* (a) hinc apud Gregorium Tyron: *erant ingenui & possessionem propriam possidentes* (b), id est nobiles; ex his patere videtur, Ingenuos dici ratione natalium, fundamentum vero antiquae nobilitatis in divitiis, majorumque alodiorum possessione esse querendum, titulumque *nobilis*, solis Dynastis majoribus competiisse, exclusis reliquis Ingenuis; hos autem Dynastas ingentia olim latifundia proprietatis jure possedisse, dubitare nos non sinunt tot bona, Ecclesiis praesertim & Monasteriis, concessa, tot bonorum venditiones, cessiones & permutationes quarum frequentissima in chartulariis prostant exempla.

Jam vero hi Dynastae propter nimiam qua pollebant potentiam,

Im-

(a) *Ad LL. Salicas pag.* 34.
(b) *Lib.* III. *de Miracul. S. Martini Cap.* 33.

Imperatoribus & Regibus non ſine cauſa aliquando ſuſpecti, arctiori ſemper vinculo fidelitatis illis adſtricti fuerunt, eumque in finem pluribus beneficiis (poſtea feudis vocatis) donati: Sed *antiquiſſimis temporibus, ſic erat in dominorum poteſtate connexum, ut quando vellent, poſſent aufferre rem in feudum datam, poſtea vero eo eventum eſt, ut per annum tantum firmitatem haberet, deinde ut usque ad vitam fidelis produceretur, ſed cum hoc jure ſucceſſionis ad filios non pertineret, ſic progreſſum eſt, ut ad filios deveniret* (*a*); durum quippe & invidioſum tunc videbatur liberos paterno beneficio privari, licet Reges & Imperatores, magis interdum ex neceſſitate quam ex voluntate, hanc feudorum ſucceſſionem fuerint largiti. Ex horum Dynaſtarum familiis, Duces, Comites, & reliqui aulae Miniſtri regnique Officiales lecti fuerunt (*b*) quibus idcirco vaſtiſſima territoria loco ſalarii in feudum conceſſa fuerunt.

Jura autem quae Dynaſtae in bonis ſuis alodialibus exercebant maxima erant, jure enim proprio jurisdictionem cum civilem, tum etiam criminalem in iis exercuerunt, unde in donationibus Regum, illis etiam jurisdictionem cum proprietate conjunctam concedi videmus, nec quid frequentius etiam hac formula: *absque ullo introitu judicum*; vel etiam, *cum libera ſecuraque poteſtate donandi, vendendi, & quidquid exinde voluerit faciendi absque ullius impedimento* (*c*): factum quoque hinc eſt, ut neque Ducum neque Comitum fuerint jurisdictioni obnoxii, neminemque praeter Imperatorem vel Reges agnoſce-

(*a*) *Feudorum Lib.* I. *Tit.* 1.
(*b*) GUNDLING *in diſſert. an nobilit. & venter Cap.* 2.
(*c*) MIERIS *Tom.* I. *pag.* 45. 61. 64. MARCULFUS *form. Libr.* I. *Cap.* 17.

cterent ſuperiorem, quibus igitur immediate erant ſubjecti, & coram quibus ſolis ipſorum controverſiae dirimebantur (*a*).

§. III.

Nec exigua erant horum Dynaſtarum jura circa negotia integrum Imperium ſpectantia, ſolis quippe Ducibus, Comitibus, Epiſcopis, caeterisque liberis Dynaſtis ſeu Baronibus Comitiis Imperii intereſſe, ibique de publicis negotiis ſuffragium ferre competebat (*b*). Si enim belli tempeſtas oriretur, ipſi qua Principes Imperii, gladium accingere erant obligati & pro communi cauſa cum Vaſallis ſuis in hoſtem pergere.

Non mirum hinc eſt quod hos primarios Dynaſtas circa Regum aut Imperatorum perſonam conſiſtere, ipſisque in negotiis majoris momenti conſilio & auxilio adeſſe videamus; hinc tot Regum diplomata ab illis ſignata, tot faedera Regum ab illis firmata, non ſolum qua teſtibus, ſed etiam qua fidejuſſoribus: nec mirum hinc eſt quod ſummis elogiis fuerint decorati, & inde dicti *optimates*, *potentiores*, *majores perſonae*, *meliores regni*. Cf. DU CANGE *his voc.* quin ab ipſis interdum Regibus, *Fratres Magnifici* adpellati, apud MARCULF. *Appen. C.* 30. Neque aliis quam illis de quibus hactenus egimus liberis Dynaſtis, quoque competiit titulus *Nobilis*, donec illum,

(*a*) *Capitulare* Caroli M. *anni* 812. *Cap.* 2.
(*b*) BALUSIUS *in praefat. ad Capitul.* §. 7.

illum titulum alii Ingenui minoris dignitatis usurpaverint (*a*), quo tempore orta distinctio inter nobilitatem superiorem nempe Dynastarum, & inferiorem quae sub Nobilibus superioribus in eorum territoriis enata, postea ordinem Equestrem constituere coepit.

§. IV.

Ad horum Dynastarum superiorum ordinem referendi sunt omnes illi Duces, Comites, Episcopi, ceterique Regum Francorum his in oris Ministri, quorum antiquitus magna erat copia cum Comitatus nondum coaluissent. Tales erant Duces Frisiae, Comites in Batua, Hameland, Teisterbantia, Episcopi Trajectini, talis erat Gerulfus Theoderici I. Comitis pater, qui hinc in charta Regis Arnulfi 891. MIERIS 1. p. 27, *fidelis* vocatur, quo titulo soli liberi Dynastae tunc temporis insigniri solebant, & expresse *nobilis* vocatur Comes Hollandiae in charta apud MIERIS 2. *pag* 91. qua tales, saepius Regum & Imperatorum diplomatibus testes adfuerunt; ita Theodericus I. adfuit pacto Bonnensi inter Carolum Simplicem & Henricum Aucupem, anno 921. (*b*).

Hinc tot evocationes Comitum ad curiam Imperatorum, testante notissima hac formula in chartis saepius obvia, *si me aut verum dominum Hollandiae ad curiam Imperatoris accedere contigerit* (*c*). Quata-

(*a*) Cl. PESTEL *in comm. de Rep. Bat. Cap.* V. §. 71. Cl. KLUIT *in primis lineis pag.* 131.
(*b*) MIERIS *T.* I. *p.* 23. 30.
(*c*) MIERIS *T.* I. *p.* 158. 222. 231. *&c.*

tales, Comites jurisdictionem suo nomine in pagis suis exercuerunt: quae jurisdictio ideo distingui debet ab ea, quam Comites tanquam Regni vel Imperii ministri exercuerunt.

Fuerunt & apud nos, praeter Comitem, alii liberi Dynastae, ingentium bonorum allodialium, extra ipsum Comitatum sitorum possessores, uti Domini de Altena aliique, quos tamen liberos Dominos (quamvis jam antiquissimis temporibus allodia sua ditionesque hereditarias, pleno satis dominio possiderent,) ubi vel belli tempestas immineret, vel de Imperii salute deliberandum esset, Ducum & Comitum auctoritatem non defugisse observat KOPP. *de insigni differ. p. 29. dominio tamen* (addit) *vel jurisdictioni ipsorum neutiquam, sed solis Imperatoribus immediate fuisse subjectos*; hinc quamvis postea multae occurrant Dynastiae quae ex sinu Comitum Hollandiae prodiuxerant, uti Dynastiae de Brederode aliaque appanagia Comitum liberis concessa, ad hos tamen Dynastas extra territorium degentes, referri debet quod narrat WAGENAAR, fuisse [illegible] (a).

§. IV.

Altera Ingenuorum classis erat eorum, qui in veteris aevi monumentis sub titulo *liberorum hominum* plerumque occurrunt, quique postea

(a) T. II. p. 311.

Hi milites maximis praerogativis in Republica gaudebant, feuda a Comitibus majora conſequebantur cumque iis conjunctam ſaepe jurisdictionem modo civilem, modo criminalem; unde ortae in hiſce regionibus, tot Dynaſtiae & Toparchiae hals en ambachtheerlijkheden/ ad majores quoque dignitates a Comite plerumque evehi ſolebant, unde v. c. nemo ante ſeculum XVI., niſi ex militari genere, munere Balivi functus legitur: teſte VAN LOON alcude regeer. *T.* V. *p.* 492. adde *chartam Florentii* V. *Kennemariis datam anno* 1291. „ Wy „ zullen hen zetten een balliuw die wy hen met eeren ghezetten mogen en „ die ghyeen liefheblindt en is/ — en als wy dat graefdingh zullen hebben „ begonnen/ ſoo moghe wy zetten in onſer Stad eenen dy en edele man die „ ridder is/ dat graefdinghe uyttedingene (*a*)."

Solis etiam his Equitibus via patebat ad officia aulica, veluti *Mareſchalci*, *Praefecti cubiculi* &c. ſic ap. VAN LEEUWEN *Batav. illuſtr. pag.* 1013. Ik Willem van Duivenvoorde Camerlink myns Heeren Grave/ ita quoque in charta 17 May 1435. Willem Heer tot Naaldwijk ende tot Capelle Maerſchalk van Holland &c. (*b*) Soli etiam hi Comitis erant Conſiliarii, & plerisque actibus ſollennibus teſtes adſtabant, unde tot Comitum diplomata ab Equitibus ſubſignata paſſim inveniuntur, quorum exempla apud MIERISIUM ſexcenta & amplius habentur.

Porro Comitibus aderant in venationibus, Torneamentis & ludis equeſtribus ita ap. BOXHORN *in annot: ad chronicon Veldenaarii*

Part

(*a*) MIERIS *T.* I. *p.* 535.
(*b*) Adde MIERIS *Tom.* III. *p.* 96.

Part I. *p.* 302. berge Willem — bede beroepen een hof te Haarlem bant waaren x Ghraven / c Baronnen / en CIO Ridders — dat hy feestelick hielt en hollie mette lant (*a*).

Ut autem sanctior reliquis erat Equitis persona, ita nec arresto detineri poterat VAN LOON aloude regeer. *T.* V. *p.* 485. quin si ignobilis Nobilem verberare ausus esset, manus detruncatione paenas dabat: ita in charta Johannis Ducis Brab. 1229. ingeval een Ooxman sloeg met de hand een Ridder / verbeurde zyn hand / of met den voet / zyn voet.

§. VII.

Ab his iterum Nobilibus distinguendi sunt omnes illi, qui iisdem, quibus reliqui Ingenui a Comitibus aut regni proceribus praeeminentiis non decorati, libera & tranquilla bonorum suorum possessione contenti vixerunt (*b*), quique postea Weigeboornen in specie sic dicti plerumque vocantur & a GROTIO definiuntur die van aber tot aber van hare en eerlijcke luyden waaren gekomen (*c*), hi utcumque natalibus cum equestris ordinis viris pares sensim, tamen diversam ab ipsis constituerunt civium classem, cujus rei haec fuisse causa videtur, quod cum feuda a Comitibus Equitibus (id est omnibus ex equestri ordine oriundis) concessa, non amplius, uti prioribus saeculis pro lubitu concedentis, auferri possent, sed hereditaria essent facta, feuda autem pleraque loco stipendii, seu salarii pro muneribus tum aulicis, tum militaribus data essent, factum est ut hi Equites utpote Comitum Vasalli, ad munera ma-

(*a*) Conf. MATTHEUS *de Nobilit. L.* I. *C.* 2., *& anal. T.* III. *p* 182.
(*b*) VAN LEEUWE Batavia illustrata *part.* I. *C.* 8. *pag.* 339. *&* 720.
(*c*) *Inlyd. tot. de Holl. Regtsgel. L.* I. *C.* 14.

majora admitterentur, quin & haec munera illorum ordini quodammodo fierent propria; unde facile quoque concipi potest Equites hisce praerogativis jam jam gaudentes, ſumma id animi contentione egiſſe ut feuda ſua augerent, reliquosque omnes Ingenuos ab illis quibus fungebantur muneribus arcerent, & ad ſuam gentem propagarent; Comites autem, quorum intererat Vaſallos ſuos arctiori vinculo, ob creſcentem ipſorum in diem potentiam, magis magisque ſibi devincire, ipſorum conatibus non reſtitiſſe, quis dubitabit?

Ipſi autem Meliocome ſeſe equeſtris ordinis virorum praerogativis deſtitui videntes, magnam partem ſeſe in urbes receperunt, perpetuisque ibi fortunarum ſuarum ſedibus ſtatutis, civium curam habuerunt, vel mercaturae aliisve ingenuis artibus operam dederunt, alii in agris munera minora obierunt, vel otioſi, bonis quae poſſidebant contenti vixerunt.

Quamvis autem hi Ingenui ſenſim ſeparatum ab equeſtri conſtituerint ordinem, manſit tamen illaeſus natalium ſplendor, manſerunt illaeſa jura & privilegia ex ingenuitate oriunda, unde profluit quod omnes Ingenui aeque ac Nobiles militiae adeſſe erant obligati (*a*). Hinc etiam, uti ſub Francis moris erat, ut Miſſi inquirerent quot liberi homines in ſingulis Comitatibus commorarentur, *ut veraciter ſciant illos atque deſcribant qui in exercitalem poſſent ire expeditionem Capit*: Ludovici Pii an. 828 *Cap.* 7. ita quoque cujusque Balivi curae demandatum erat, omnium qui in diſtrictu ſuo habitarent Ingenuorum delectum facere, ipſosque in aciem ducere, hat alle mel-

ge-

(*a*) MIERIS *Tom.* IV. *p.* 850.

geboore Mannen die Mansweerd zyn/ den Baillion naevolgen zullen/ uti habetur in *charta Johannis* II. *an.* 1303. add. *rationarium Phil. van Dorp*: 10 *Maii* 1408. *ap.* VAN LOON aloud. regeer. *T.* IV. *p.* 323.

Praeterea feudorum erant capaces; hinc in charta Florentii V. 1291, boozt zo mach elk Vonnis tuyzen boz ons ende onse Bailliu die onsen Man van goede is/ id est, Vasallus (*a*): plerique tamen feuda a Comite non habebant, sed subfeuda a Vasallis Comitum plerumque accipiebant.

Ex his Ingenuis Weigeboorne constabat Comitis tribunal, huic, loco Comitis, praeses aderat Balivus, Weigeboore vero judices tantum erant: charta Jacobae Bav. 16 Julii 1417. zoo zullen alle onbesproken Schildboortige Mannen die tot honderd nobelen toe geboet zyn/ in den Hove van Zuyd-Holland moogen zitten en regt wysen/ en volgen hy hoire Eede ende anders niet — ende quam yemanden in onse Vierschaar boozs. sitten/ die niet geboet noch geboeren en waar als boozs. es/ die verbeurde 10 Ponden/ also dick als hy wysde of volchde of heuze gabe tot eenighe vonnisse/ hinc etiam opponuntur aliquando Scabinis, qui postea in inferioribus tribunalibus nonnumquam ex plebe legebantur; ita expresse apud MIERIS *T.* I. *p.* 617. boozt/ waar dat sache dat die Schepene ons onse regte ontwyze wilde/ dat mach die Schoute dengen aan den Baillu en aan die Mannen/ & paulo infra, voirt waert dat eenich Man die Schepenen weerspade/ dat zal die Baillu verechten metten Mannen; fuitque hoc privilegiatum Ingenuorum tribunal, uti enim ex sapienti Francorum & Germanorum instituto esset constitutum,

ut

(*a*) MIERIS *T.* I. *p.* 535.

ut a pari quisque judicaretur (*a*), ita Ingenuus coram hocce tribunali erat conveniendus, hinc in charta Florentii V. 1291: Die Vallin/ of die Amtbachtsheer / of die Schout en mach ghene byen Man winnen ter boeten / ten zy met byre lyde /. die Schout zal weese byren. welgeboore / die over een byre Man regten zal / ende zo wie zal wyzs over een byre Man Vonnisse boiz die Schout / hy zal weeze byre en welgeboeren / (*b*): hinc quoque in causa Ingenui non admittebatur testimonium Plebei (*c*), secundum chartam Jacobae 16 Julii 1417. Des zo zullen die welgeboeren lyden moogen tuygen over die Hungslyden en die Hungslyden niet over die welgeboore Lyden.

Missis jam reliquis juribus Ingenuorum propriis, paucis jam videamus quibus in rebus potissimum ab Equitibus fuerint distincti. Et primo quidem in exercitu, magna erat inter utrumque ordinem diversitas, cum enim Equites potioribus ibi muneribus fungerentur, & inde tanquam praecipui Comitum Vasalli, ipsum immediate sequerentur, ita his Ingenuis, non nisi post armigeros locus erat adsignatus, neque ipsis annuli aurei, armillarum, neque baltei sive militaris cinguli, aliorumque equestrium insignium gestandorum jus; calcraria quoque prohibita, sed uno, eoque ferreo, uti licebat, cum contra Equites duobus aureis, armigeri vero argenteis uti soliti essent.

Praeterea nullis erant honoris titulis in Republica conspicui, cum Equites in omnibus actis publicis, sive in subscriptione chartarum sive

(*a*) HEINNECCIUS *Elem. jur. Germ. L.* III. §. *T.* II. 99.
(*b*) MIERIS *T.* I. *p.* 536. Cf. de hisce judicibus *Ampl.* VAN SPAANDER. *t. Hooge Regtsgebied der Graaven pag.* 77. *ad* 87.
(*c*) MIERIS *T.* IV. *p.* 402.

ſive in aliis ejusmodi Solennibus, variis titulis inſignirentur, & per excellentiam vocarentur DOMINI vel DOMNI, Heere/ Har/ vel Heer/ gallice *Sire:* ſic in charta Florentii V. *ex conſilio & amicitia Nobilium virorum, videlicet Domini Simonis de Harlem, Domini Theoderici de Teylinge, — militibus;* & in charta reconciliationis inter Florentium V. & Wilhelmum, Gysbertum & Arnoldum de Amſtel 1285. ende dat zyn de Voogen die wy den Graue geſettet hebben / uyt Hollant Har Jacob van Woude / Har Ghiſebrecht Bokel — uit den Bisdomme zyn ons Voogen Heeren Wouter van Amerſoorde — Ridders (*a*).

Praeterea uti cuique Ingenuo in ſuis praediis, venatio competiſſe videtur, ita circa illam id ſingulare erat Equitum privilegium, quod non tantum in ſuis, ſed etiam in foreſtis Comitum donarentur venandi facultate; ſic in placito Maximiliani 9 Julii an. 1478. dat niemand wie hy zy / in de hooghheede Wilderniſſe van onſe Houtbeſteryen zal mogen jagen naar Hongnen / Haſen / nog ander Wild / dan die van de Ridderſchappe / confirmat illud jus charta Philippi, 18 Februarii 1498 (*b*).

Jus quoque inſignium ipſos habuiſſe, docet H. GROTIUS in *Introd. L.* I. *Part.* XIV. de Welgeboorene hadden het regt haar Waapen / dat

is.

(*a*) *Adde Chartam Wilhelmi Hannonii* 25. Febr. 1319. *de his fidejuſſoribus egregie haec tradit* P. DANIEL *Hiſt. de France T.* II. *p.* 648 On n'avoit à ce tems là point recours aux Princes étrangers pour être garants, c'etoient les vaſſaux mesmes qui cautionnoient leur Souverain, & quand on les voit dans l'Hiſtoire, s'unir & prendre les armes contre lui, ce n'étoit pas toujours une revolte injuſte, mais quelque fois l'effet d'une garantie à la quelle ils s'étoient obligés par ſerment & à quoi le Prince avoit conſenti, ſuppoſé qu'il manquat à l'obſervation des traités.

(*b*) Conf. Ampl. J. RENDORP *Verhand. over 't Recht van de Jacht. pag.* 167. & 176.

ſig haar geſlachten openlijk te voeren/ & inſigne ejus rei exemplum habetur in charta Wilhelmi VI. Comitis 24 Mart. 1414. ubi memoratur: een Wapen gegeven uit hoger gratie/ ende zonderlinge hoorbeel te gebruiken ende te voeren naar Gewoonte ende Zede van alle Edelen en Welgeboorene: inde eadem erant Nobilium inferiorum & Ingenuorum circa arma gentilitia, jura & praerogativae: obtinuit tamen etiam in his diſtinctio circa ipſum ſignandi modum, Nobiles nimirum ſuperiores, uti Comites ceterique Imperii Principes cera rubra ſempen uſi ſunt, quod majoris dignitatis argumentum erat, quam cera viridis, cujus uſus frequens erat in Equitum & Ingenuorum ſignis: conf. VAN LOON al. Begeer. *T.* IV. *Cap.* 10. & *Tom.* V. *Cap.* 9.

§. VIII.

Ex his omnibus ſatis patet diverſos quidem fuiſſe de Welgeboore ab Equitibus, in multis tamen iisdem fruitos fuiſſe juribus ac privilegiis; quae privilegia cum fundamentum habeant in natalibus, ſimul etiam ponitur, non diverſam fuiſſe illorum originem ab origine Nobilium: clarius hoc patebit ex chartis nonnullis quibus Ingenui occaſione turbarum civilium, coacti ingenuitatis probationem in judicium proferre, jubentur nobilitatem probare: conferatur ex. gr. charta Wilhelmi Comitis 1305. ubi lis componitur inter de Welgeboren Luyden & de gemeente/ in qua charta Welgeboore jubentur probare dat ſe Edel waaren van afcomſt; cumque haec probatio plerumque fieret, adhibito cognatorum teſtimonio, hinc neque horum teſtimonium admittebatur, niſi etiam eſſent Nobiles, vel Welgeboren: uti probat-

ſen.

ſententia Balivi Delftlandiae, anno 1411. apud VAN LEEWEN *Batav. illuſt. p.* 1134. col. *B.* Ik Verſtaen van den Berge Bailliu van Delfland en van Schieland doe kont allen luden/ dat ſi op ten 27 dan Julio in 't Jaar ons Heeren 1411. binne der Stede van Delf als een Bailliu voorſz. ter dierſchaar zat/ met Franke van Vorne/ mit Aernt Kotermijl Wailgeboo-ren Mannen myns liefs genadigen Heeren van Holland/ en mit andets vele Wailgebooren Mannen/ daar Bartelmees Veerman quam/ en geerde vonnis hoe hy ſyne Edelen tuyg doen zoude/ dat hy Wailgeboore man wair/ datte hier mede bolſtaan mochte/ des vonnis wyſde dat hy doen zoude mit ſine Edele magen; des weert vonnis gevraagt mit hoe menigen man? Des vonniſſe wyſde mit ſes mannen tot hem zelve/ daar zo veerde hy voor ſine Edelen tuyg/ ende ſwoer ten heyligen dat hy een Welgeboore man was/ en ſes ſine Welgeboore magen/ als enz. (*a*). Ex qua charta docemur ſex cognatos teſtes adhibitos, primo Edele magen/ poſtea vero Welgeboore Magen appellari, unde ſimul evincitur Edele & Welgeboogne idem notare, nempe homines probatae ingenuitatis, adeoque ſolam diſtinctionem quae inter illos deprehenditur, nullam originarie fuiſſe, ſed ex ſola Principum gratia & feudis derivandam eſſe, unde recte *Auctor* van de gewaande Erfgr. Bedien. p. 45. het is wel aan te merken dat in onze gedenkſchriften eerſt Edelen zyn genaamt/ niet alleen die van Koningen/ Keyſeren/ Hertogen ofte Graave Edel genaamt waaren/ maar alle Welgeboore ryſte..

§. IX.

(*a*) Conf. *Append. Docum.* N. I. II. III. IV.

§. IX.

Progrediendum jam ad insignem Ingenuorum & Nobilium praerogativam circa immunitatem ab oneribus publicis, quae immunitas cum potissimum ratione agrorum illis competeret, inprimis observandum est, duplicis praesertim generis fuisse ipsorum bona; fiscalia nempe, & propria: fiscalia erant quae ex donationibus Regum vel Principum, vel etiam ab Ecclesiis, illis sub certis conditionibus, ad tempus concedebantur; antiquitus haec bona sub nomine *Beneficiorum*, postea vero sub nomine *Feudorum* (a) occurrunt; quae fuerit horum feudorum indoles, exponere non est hujus loci; notum cuique est Principes Germanos, occupatis bello vicinarum gentium terris, militibus suis, sive fidelibus ipsos in bellum secutis, ubi ex occupatis bonis, liberalitatis materiam habebant, bona quaedam sub conditione fidei & servitii militaris, largitos fuisse: haec bona initio pauca & precario titulo possessa, sensim in immensum creverunt, praesertim ex quo mos invaluit, ut ob bellorum privatorum licentiam, ingens liberorum hominum numerus allodialia sua bona aliis offerrent potentioribus, ut ab illis ea feudi nomine, iterum reciperent, tutius esse existimantes potentis Domini fieri Vasallum, quam plenum propriorum bonorum Dominum quotidie vexationibus affligi; unde non mirum quod narrat Auctor hun de grin. erfgr. beb. p. 122 ru 123. tempore ultimi Comitis, 1624 feuda ad Comitem pertinere, quorum catalogum exhibet.

Re-

(a) ROBERTSON T. II. p. 43. 44.

Reliqua Ingenuorum bona, propria dicebantur quae nullius juri obnoxia, optimo maximo jure possidebantur; distinguebantur haec in allodia, sive praedia propria a parentibus per hereditatem accepta, ab omni servitio libera, nullius juri submissa, quae ad haeredes libere & sine contradictione Principis transibant (*a*); & in bona quae ex comparatu vel adquaestu provenerant, quae bona tamen improprie etiam allodialibus accensentur.

Haec bona sive feudalia, sive allodialia jam ab antiquissimis inde temporibus, a tributis erant immunia, hancce immunitatem probat ipsa Ingenuorum sub Francis conditio, & expresse probant Comitum chartae.

§. X.

Nimirum cum apud Francos mos esset, ut occupatarum terrarum divisio sorti committeretur, consequens est ante divisionem, nemini prae caeteris, in illas jus competiisse; divisas vero cuique Domino in plenum dominium cessisse, Regesque adeo Francorum solis illis bonis quae ipsis forte obtigissent, fuisse gavisos; nunc vero ut supradictum est, cum ex propriis bonis & latifundiis viverent Reges, evidenter patet tributa ab illis exacta, solos spectasse colonos in illis domaniis habitantes, & proinde omnes Ingenuos ab illis jure optimo fuisse exemtos, unde illos errare observat *Ill. de* MONTESQIEU (*b*), qui putant generale per totam Franciam, obtinuisse tributum; expres-

(*a*) ECCARD *ad LL. Sal. Tit.* 62.
(*b*) MONTESQUIEU *Esp. des Loix L.* XXX. *Ch.* 15.

preſſe enim, de tributis ſeu cenſu (quae duo ſaepe promiſcue ſumuntur) (*a*) agentes Reges in capitularibus, ea reſtringunt ad domania ſua; ſic in *Capit. L.* IV. *Art.* 37. *ſi quis terram tributariam, unde cenſus ad partem noſtram exire ſolebat ſuſceperit*, vel uti eſt in *Capit. an.* 805. *Art.* 8. *unde cenſus ad partem Regis exivit antiquitus*, & ejusmodi formulae paſſim occurrunt, quae abunde oſtendunt Regibus nihil tributi nomine ſolutum fuiſſe, niſi a colonis, unde factum eſt, ut ſi quando ſervus ſeu colonus manumitteretur, ſimul etiam exemtione a cenſu donaretur: ſic verbi cauſa Carolus debellatos Saxones, in priſtinum libertatis ſtatum, reſtitutos, adpellat *priſtinae libertati donatos & omni nobis debito cenſu ſolutos*; idem ergo antiquitus notabat cenſum praeſtare & ſervum eſſe, Ingenuum eſſe & immunitate frui. Cf. MONTESQIEU *d. l. L.* 30. CXV. (*b*).

§. XI.

Diu quoque ſub Comitibus illaeſa manſit haec Nobilium & Ingenuorum immunitas, eamque Comites ſaepe cum indirecte, tum etiam directe in chartis ſuis agnoſcunt, probant iteratae hac de re tributariorum querelae, nec non ipſorum Ingenuorum ſeu Nobilium proteſtationes & provocationes ad antiquiſſimi privilegii poſſeſſionem, probant tandem ipſae reſtrictiones quae circa immunitatem obtigerunt. Et primo quidem inſigne hujus immuni-

(*a*) MONTESQUIEU *Ibid. L.* XXX. *Ch.* 14.
(*b*) *App. docum. N.* I. *ſeqq.*

nitatis exemplum profert MIERIS *T.* II. *p.* 48. ubi Wilhelmus III. Comes litem inter Nobiles & Cenſuales in Kennemaria deciſurus de contributione tributorum, ſtatuit —— waar dat ſaeke dat gemand woonde in Kennemerland in eenige Ambochte/ die Schepene dochte dat ſy SCOT SCHULDIG WAEREN MET HEN TE GELDEN, ende ſy hem Scot ſettede/ wozde hy daar in behalle/ zo zoude hy dan die dag vooz Scot METTEN BUYREN gelden/ ende de boeten gelden X. Pond —— ende woude die Grave ſweeren dat hy EDEL GEBOORE WAAR, dat hy als dan geen Scot metten buyren ſchuldig waar te gelden/ zo zoude hy quyt zyn (*a*).

Extat etiam charta ann. 1323. ubi expreſſe Nobiles a contributione Precariarum excipiuntur, ſo is onſe wille/ dat alle die Luyden die woonen op die VIII Hoeven/ ſoſ land hebben op de VIII Hoeven/ ende GHEENE WELGEBOORNE LUDEN EN SIEN in Papswouden op der Godshuysland van Egmont vooz/ gelden onſe Beeden ende onſe heerbaart/ mit onſe Luden van den Hohe van Delft (*b*).

Hinc fit quod ſi quando Comites hunc, illumve hominem cenſualem ex ſingulari gratia, oneribus eximebant, nonnumquam adjiciant gelicke onſe Welgeboore &c. ita v. c. Albertus in charta 3 Oct. 1359. dat wi omme dienſt wille die ons Claes Walichs Zoen onſe Oorewaerder ghedaan heeft ende nog doen zal/ hem ghegeeven hebben en ghe-

(*a*) Cf. *Charta Johannis* II. 14. *Aug.* 1303. *Apud* MIERIS *T.* II. *pag.* 33. VOSSII *Annal. Holl. & Zel. pag.* 263.
(*b*) MIERIS *T.* III. *p.* 107.

ghheben met deeze Woorden / en al dat dan ſine Ude komt dan wittachtigher hoerte SCOT VRY EN BEDE VRY TE WEEZEN GHELIKER ONSER WELGEBOORNEN LUDEN IN ONSEN LANDE.

Strenue igitur Nobiles hanc immunitatem contra Cenſuales urſerunt, ſaepiusque Cenſualium querelas, antiqua hujus privilegii poſſeſſione, irritas reddiderunt; charta Philippi Burgundici 11 JUN. 1452. Alſo een deel onſer Onderſaten dan onſe Landen dan Holland ende dan Vriesland hen ſeggende Welgeboore Lude woeſende / ons hebben doen toonen / hoe ſy OVERMITS HAARE WELGEBOORENSCHAP VOORSZ. ende den dienſt die zy ons in ons Heirbaarden gehouden zyn te doen / VRY EN EXCEMPT ZYN, EN BEHOOREN TE WEEZEN VAN TE CONTRIBUEREN TE GELDEN OFTE TE BETALEN IN ONSEN BEDE dan onſe voorſz. Landen / als zy zeggen / ons ootmoedelijk biddende hen Lude te willen houden in heur voorſz. Vryheid ende Exemptie &c.

§. XII.

Et jure optimo, non enim ſimpliciter & ſine onere hocce privilegio gaudebant; plura enim ab Ingenuis & Nobilibus erant praeſtanda in compenſationem hujus privilegii. Nimirum jam ſub Francis expreſſe lata fuit Lex, ut *Friſones qui beneficia, ſive feuda haberent, bene praeparati ad placitum Regis venirent:* ſaepiusque etiam vel ad bella in remotiſſimis oris gerenda, convocatos fuiſſe teſtantur Annales; ſic in Hiſpania, in exercitu Caroli M. 7000. Friſonum fuiſſe, eosdem & in Pannonia magno ſatis numero militaſſe,

me-

memorant *Turpin de Geſtis Caroli M. Cap.* 11. *& Regino ad ann.* 791 (*a*), neque id ad beneficia ſola reſtringendum eſt, additur enim in *Capit. Caroli M.* 807. ut etiam intuitu bonorum in proprium poſſeſſorum, ſervitia haec militaria praeſtarentur. Si hinc ad recentiora deveniamus tempora; videmus his in terris, etiam ex Ingenuis (Weigeboore Mannen) qui juſtae erant aetatis & ideo Mangwaard vocabantur (id eſt qui 15 aut 16 annis erant majores, 60 vero minores) pro temporum neceſſitate, ſorte electos fuiſſe, ut cum Balivo in hoſtem pergerent, & quidem hac adjecta ſanctione, *ut ſi quis militiam ſubterfugeret, poenam pecuniariam* 10 *ſolidorum ſolveret*: ita ex. gr. loquitur JOHANNES HANNONIUS in Charta Z. Hollandiae data an. 1303. ſo wie dat albusdanige heerbaart berſate daar hy albus toe ghebode waer / die verbeurde een boete dan X Ponden (*b*). Qui vero feuda a Comitibus habebant & nec ipſi venerant, nec Subſtitutum Comiti gratum miſerant, neque dimidium redituum unius anni ex feudo ſolvebant, in poenam Feloniae, feudo privanbatur (*c*): cum enim nexus feudalis hoc fundamento nitatur ut pro defenſione, ſeu patrocinio ab una parte, ab altera ſervitia praeſtentur militaria, conſequens eſt negatis a parte Vaſalli ſervitiis feudalibus, totum nexum inter Vaſallum & Dominum directum ſolutum eſſe, feudumque adeo ad Dominum directum legitime redire.

Et quidem cum feuda eum praecipue in finem concederentur, ut fruc-

(*a*) v. LOON II. D. *p.* 193.
(*b*) *Charta Johannis* II *an.* 1303. MIERIS *T.* II. *p.* 30.
(*c*) *Feudorum L.* II. *Tit.* 52. §. 1.

fructus ſtipendii loco forent, regulariter ad haec ſervitia militaria obligabantur ſuis ſumtibus (*a*).

Sic ap. N. COLINUM verſ. 695.

Ende op hoer coſten baren
Jegens ſyneſ buants ſhare.

& apud M. STOKE in Johanne II.

Die Edel liede hem bienden/
Met hare Maghen en Vrienden/
Op Engene coſt.

Item charta Philippi Burgundici an. 1426. 13 Aug. dat alle die Welghebooꝛne Luyden die nu in Kennemerland ende in Kennemer gebolge geſeten zyn/ ende hoire nacomelingen / ende anderꝛ die ghene die hoire hulperꝛ in Kennemerland geweeſt zyn/ in de belegge voꝛ Haarlem dienen zullen onꝛ/ ende onſe Erfe/ tot eewige dage op hoꝛ zelfꝛ coſt (*b*).

Ex hiſce jam patet, quod, cum nemo duplici debeat onere gravari, ſumma aequitate nitatur haec Nobilium immunitas a tributis, quam ideo etiam in reliquis Regnis, conſtanter obtinuiſſe teſtantur Scriptores; de Germanis id docet KRESS; *de privilegiis Agriculturae*

C.

(*a*) HONDHEIM *Hiſt. Trevir. Diplom. T.* I. *p.* 169. 830.
(*b*) *Conf.* VAN LOON *Aloude Holl. Regeerw. T.* IV. *p.* 349. MATTHEUS *Annal. Tom.* III. *p.* 240.

C. 2. §. 12. *pag.* 64. *seq.* & STRUBE *de collectarum & aerariorum provintialium origine & in obs p.* 86. 156. DE GALLIS, HISPANIS, LUSITANIS conferantur quos citat KLOCKIUS *de contributionibus Cap.* 14. *n.* 48. & 49 (*a*).

§. XIII.

Non mirum itaque Nobiles seu Weigeboore/ si quando ob summam calamitatem qua adflicta erat regio, ultro ad levanda onera conferrent se; id semper feciſſe, salvo ipsorum privilegio, Comitesque idcirco semper fassos esse, nullo cogente jure, verum ex mera gratia, subsidia ab Ingenuis fuisse collata, elegans hac de re habetur exemplum in charta Wilhelmi III. Comitis 31 *Jan. an.* 1334. qui cum ad reparanda damna quae occasione gravissimae inundationis passa erat Frisia, ad extraordinariam Precariam confugere coactus fuisset, eumque in finem ab Ingenuis obtinuisset duos denarios de quolibet jugere, ita Ingenuorum privilegia agnoscit & confirmat; Wy Willem enz. maeken cond enz. want onse Weigeboore Luden van Oelsland sonme overmits der noot die es in Oziesland ons ghegheeven hebben / omme onser beede willey/ ende niet van enighen rechte twee penninghe Hollands van der mozghen/ zo belende wie mits deeze bziebe/ dattet van ghenne regte en is/ en dat wi noch onse nacomelinghers yen/ nogte hoire nacomelinghers des hier namaels niet eischen en zullen/ nog eischen moghen van eenighe rechte enz. (*b*)

§. XIV.

(*a*) HALTAUS Gloſſar. Germ. med. aevi in voce *Betefrey*.
(*b*) MIERIS *Tom.* II. *p* 559. MATTHEUS *de Nobilitate L.* I. *C.* 2. *p.* 14. VAN LOON *Aloud. Regeer. Tom.* V. *p.* 200. *seqq. App. Docum.* N. VI.

§. XIV.

Sufficiunt haec quae protuli argumenta ad probandam Nobilium & Ingenuorum ab oneribus immunitatem: progrediendum nunc ad diverſos modos quibus paulatim reſtricta fuit, & tandem evanuit.

Prima autem reſtrictio locum habuit circa agros denuo adquiſitos; Nobiles ſcilicet indiſtincte omnes agros ſuos poſſidebant absque ullo tributi onere, ſive haec eſſent bona feudalia, ſive allodialia, ſive quovismodo adquiſita; magnum inde incommodum Reipublicae erat metuendum; Nobiles enim & Ingenui multa bona cenſualia ementes, eaque ſine onere poſſidentes, id efficiebant, ut tributorum onus quod ferre ſoli Cenſuales debebant, in diem illos magis premeret, cum enim ſinguli pagi ſecundum taxationem, Comiti quotas praeſtare tenerentur, ſive multi, ſive pauciores in his habitarent Cenſuales, huic incommodo remedium adferre coacti fuerunt Comites & aequiſſima hinc eſt conſtitutio Wilhelmi III. Comitis, qua cavetur ne quis conditionem agrorum cenſualium mutaret: ap. MIERIS *chartul. T. 2. pag.* 303. Wy Willem Grave van Henegouwe/ van Holland enz. maaken kont allen Luyden / dat ſommige Welgeboore Luyden en Poorters Schotbaar land copen tot Arlanderbeen/ daar ons Schot/ en Jaarbeede mede te minre word/ waarom wy ju verbieden dat deezer tyd voorwaart niemand geen ſchotbaar land en copen/ es hy Welgeboore ſof Poorter/ dat land blibe in zulke regte/ alſ 't nu is van ſcote ende van coſte ende van ander coſten gebuurende 't ons wederzeggen/ Plura ejusmodi Edicta occurrunt ſub Alberto Bavaro: *conferantur chartae* Alberti 1 Februari 1377. *data*

Ho-

Hominibus de Rotten, MIERIS *T.* 3. *pag.* 329. *Hominibus* de Valkenburg 22 Jan. 1384. MIERIS ibid p. 420, *Hominibus* de Waddingsveen, Zevenhuſen, Berchambocht, Holwyk, Slupwyk, *eodem die data*; MIERIS *ibid*; in quibus etiam ſtatuitur, ut ager immunis, ſi quando a Cenſuali emeretur, cenſualis fieret, & ita quidem ut quamvis poſtea Ingenuus eundem agrum iterum emeret, nihilominus tributo maneret obnoxius (*a*): ſummaque horum Edictorum aequitas hinc patet, quod in utroque caſu ſalus Reipublicae a reſtrictione pendeat; fieri enim potuiſſet ut Ingenui omnium bonorum cenſualium paulatim facti fuiſſent Domini, & proinde immunitate ſua nixi, nulla praeſtitiſſent ſubſidia, in altero caſu, idem metuendus erat effectus, ſi bona exemta ſine ullo onere ad Cenſuales tranſiiſſent, unde iteratum in allegatis chartis, daar ons ſchot en jaarbede te minre mogt/ vel etiam, want wy anders onſe dienſt en heerlicheede daar mede verliesen. Haec itaque reſtrictio quamvis Ingenuos vehementer pungeret, multum tamen contulit ad ſtatum Cenſualium meliorem reddendum, & aequalitatem in collectione ſubſidiorum introducendam.

§. XV.

Verum ulterius proceſſerunt Comites ut abuſui immunitatis obicem ponerent: inde orta reſtrictio ex imparibus matrimoniis, nimirum cum Ingenui praerogativae ſuae obliti, ſaepe cum Plebeis matrimonium con-

(*a*) MIERIS *T.* III. *p.* 663. *App. Docum.* N. V.

contraherent, atque hoc pacto bona cenſualia in fraudem legum a tributis libera poſſidere coepiſſent, & ita ad liberos tranſtuliſſent, cautum eſt ne quis Nobilis vel Ingenuus, contracto cum Plebeia matrimonio, immunitate frueretur; & expreſſe hinc Albertus Dux in privilegiis & 11 Auguſti 1382. incolis de Wieringerland conceſſis, edixit Voert want wie hem ghegeeven hebben/ in een andere brief dat alle WELGEBOOREN LUDEN, die in Wieringherland woonachtig zyn/ ende een huysluden GHELYELICKT ZYN, buuren SCOT ende SCOUDE ghelden zullen ende COEREN HOUDEN GHELYKEN ANDEREN BUREN (*a*), in qua charta reſpicit ad privilegia iisdem conceſſa 15 Aprilis dat ghеen Welgeboore man zal woonen in Wieringerland die en zoude ſcot ghеeven en ſcoude OVERMITS DAT SI GHEHUWELICT SYN AEN HUUSLUDEN die ſcot pleegee te ghеeven/ cujus rei ratio ab antiquis Friſonum legibus videtur repetenda: ſecundum antiquas enim leges, ſi libera foemina Lito nupſiſſet, neque ignorantiam ſuam *ſexta ſua manu* probare poſſiſſet, *in compoſitione mariti ſui una cum filiis ſuis tranſire debebat*; *uti eſt* IN LEGE Friſionum *Tit.* VI. §. 1. cui jungendum *Capitulare* III. *Ludovici Pii an.* 819. *Cap.* 3. *Judicatum eſt ab omnibus ut ſi ingenua foemina, quemlibet ſervum in conjugium ſumſerit, non ſolum cum ipſo ſervo in ſervitium permaneat, ſed etiam omnes res quas habet, ſi eas cum parentibus ſuis diviſas tenet, ad Dominum cujus ſervum in conjugium accepit perveniant &c.*; conſtantis enim uſus fuit ut liberi ex impari matrimonio pro-

(*a*) MIERIS *T.* III. *p.* 389.

procreati semper inferioris conditionis parentem sequerentur (*a*), ejusque usus violationem, unicam causam rebellionis Kennemariorum plebeiorum contra Nobiles & Ingenuos fuisse, adserit VAN LOON, Aloude Regeeringsvorm van Holl. *T.* IV. *pag.* 265. Necessariam autem fuisse hac in parte, immunitatis restrictionem docent & evincunt legitimae querelae de hoc abusu institutae: saepius enim homines censuales in alios pagos sese conferebant, ibique praetensam ingenuitatem jurejurando probabant, maximo reliquorum Censualium detrimento (*b*).

Huic igitur malo remedium quaerentes Comites, edixerunt ut nemo avitae amplius nobilitatis gauderet privilegiis, nisi qui ad juris sufficientiam ex documentis & Comitum privilegiis probare posset sibi ea competere, hunc itaque in finem Philippus I., convocatis an. 1445. Baronibus, Equitibus, ceterisque Nobilibus, & examinatis omnibus documentis quibus immunitatem firmaverant, omnium Dynastiarum quibus legitime competebat, immunitatem ratam habuit, iterumque postea, nempe an. 1452. confirmavit; Dynastias autem quae tunc temporis immunes fuerunt declaratae, recenset WAGENAAR *Hist. Patr. T.* IV. *p.* 15.

Hisce aliisque modis, Comites saluti civitatis prospicientes, abusui ex immunitate orto modum statuerunt, aequalitatemque in publicis oneribus ferendis, inter cives constituere fuerunt conati; hinc aequissima fit constitutio Johannis Bavari 27. *Aprilis* 1422. Cum enim

(*a*) IDSINGA *ll. P.* I. *Sect.* 2. *Cap.* XI. *pag.* 421. ADAM BREMENSIS *Histor. eccles. L.* I. *C.* V. L. SALICA *Tit.* XXVII. § 3. L. RIPUAR. *tit.* LVIII. *cap.* 18. MATTHEUS *ad Ann. Egmund. pag.* 202. *in not.*

(*b*) *In Append. Documentorum N.* 1. *seqq.*

enim Imperator Sigismundus non ſolum liberos Ingenuorum (Welgebooren nobilitate donaſſet, ſed & multis Plebeis jura & privilegia Ingenuis unice competentia tribuiſſet, edixit Comes ut nulla hujus nobilitatis Plebeis conceſſae haberetur ratio, niſi ab ipſo Comite eſſet confirmata: Wy Johan etc. laaten weeten alle onſe Baillluwen — hoe dat wy dagelijks verbolgt worden dat ſommigen van de Gemeene Huyslupden in de Wapen geſeeten/ by den allerdoorluchtigſte onſe genadige Heere de Rooms Koning geweeſt zyn / en ſommigen alhaar geſchikt hebben om Privilegien en Vryheid van Adelbom/ die zy van ſyne mogendheid verkreegen hebben in groot agterdeel onſer heerlijkheid/ — ſo iſt dat wy u ontbieden en bevoelen op onze Hulde/ dat gy hooztaan op ſulke Koninglijke Brieven als voorſchreeven is / niemands aanbrengen en hoort/ nog en verderf/ nog Vonnis daarop draagt nog en wyſt/ 't en zy dat onſe Brieven van confirmatie daar by ſyn; en offer eenige tot dezen daage toe deurgegaan zyn voor u ofte uwer eenigh/ ende hunne Brieven van getuygen daar af hunten ons verkreegen hebben / zo willen wy dog dat hun die geen ſchaat nog praate weeſen/ en blyven zullen etc. (*a*), & nunc intelligi poteſt quid ſibi velint Scriptores quando narrant Florentium V. Ruſticos feciſſe Equites (Boeren tot Ridders gemaakt): ex ſtilo enim iſtius aevi, per Ruſticos intelligendi ſunt omnes illi qui non erant Ingenui, adeoque homines cenſuales ſeu colonarii; ex his igitur Florentius V. nonnullos Ingenuos eſſe juſſit, iisque adeo omnes illas praerogativas dedit quae ſtatui Ingenuorum competebant. At ſupra vidimus Ingenuos & Nobiles origine non diſtuliſſe, quando igitur nonnul-

(*a*) Merris T. IV. p. 629.

nullis ex his novis Ingenuis feuda majoris momenti contulerit, vel interioris eos admiſſionis eſſe juſſerit, hi militaris ſive equeſtris ordinis praerogativam adepti ſunt, & ſic ex Boeren/ Ridders creavit; quo jure nihil aliud fecerit, quam quod ex charta modo memorata, poſtea Sigismundus Imperator.

§. XVI.

Tertia reſtrictio erat ex pactis quibus Comites ſibi Precarias & tributa reſervabant: hinc multae Ambactiae & Dynaſtiae Nobilibus conceſſae, ſub hac conditione, ut ſalva Comitibus debita tributa forent, ſic ex. gr. Wilhelmus Comes anno 1407. in Dominum Johannem de Heenvliet qui Ambactiam Staveniſſe a Comite in feudum acceperat, confert altam & baſſam jurisdictionem, ea lege ut ipſe & ejus poſteri Comiti praeſtarent Precarias, Scotum &c. behoudelic dat hi bouſcreebe onſe getrouwen/ ende ſyn natcomelingen/ dienen zullen in onſe heerbaarden/ ende oic onſe Bede ende Scot betalen/ ſo wanneer ons/ off onſen Nacomelingen/ Beden of Heerbaarden tot Cats gheſchreven ſullen worden (*a*); ſic etiam anno 1297. 16 Julii, Johannes Comes Domino Odzyr dederat Cralingen, met Scot en Bede te gelden (*b*). Hujusmodi etiam pacta ſaepe locum habebant in terris recens aggeratis; cum enim hae Comitibus tamquam Principi cederent, hi plerumque illas terras Nobilibus in proprium, vel in feudum concedere

(*a*) MIERIS *T.* IV. *p.* 88. Cf. ejusdem Comitis charta data Domino de Boiſele *T.* IV. *p.* 93.
(*b*) MIERIS *T.* I. *p.* 586.

dere ſolebant, hac conditione ut aggere cingerentur, pro eoque per 5. 6. vel plures annos ab omnibus oneribus exemptae forent; elapſis vero exemtionis annis, una cum cenſitieiis quotam ſuam in onera publica conferrent: hinc tot privilegia vulgo (Octroojen van Vetuſting) a Comitibus conceſſa, ſic ex. gr. Albertus Dux anno 1367. Domino Danieli De Merweiden concedit facultatem alluvionem prope Maaslandſluys aggere muniendi, ubi haec addit, doꝛt geeben tuſ den gheene die dedyken zullen / den Eigendom van de Erve datter dedyket wozd / behoudens ons des Lairs Pachts van de ſes gzoten van der Marghen (*a*): ſimiliter in charta ejusdem Ducis Domino De Borſele 15 November 1369. ende ſo wes hi dair op dyket ant oude Land van Sinte Maartensdyke / ende nu dat nieuwe Land van Sinte Maartensdyke gheheeten is / dat zullen die geene diet Dyke zullen / zeven Jair bzy behouden van alle Scoete ende Heerbairden / ende tende der zeven Jaren na dattet gebozſchet zal weeſen / zullen zi ons dienen van Heerbaarden van Schoeten ende van allen ſaken / gheliſke dat die oude Landen ende die nuwe Landen van Sinte Maartensdyk doen zullen (*b*).

§. XVII.

Poſſunt his etiam addi varii modi quibus amiſſa nobilitate, jura quoque & privilegia, quae nobilitatis erant, perierunt, uti ſunt impa-

ria

(*a*) Mierris *T.* III. *p.* 220.

(*b*) Mierris *T.* III. *p.* 243. 249. 275. 277. 291. 580. *T.* IV. *p.* 156. 294. Conf. Charta Jacobae Bavarae qua matri ſuae Margarethae Burgundicae alluvionem Sommelsdyk dictam cum eodem onere aggerandam conceſſit. Mierris *T.* IV. p. 479.

ria matrimonia de quibus supra vidimus, libera subjectio oneribus, cujus exemplum occurrit in Invasoribus Florentii V., de quibus ita, de Cleris der laege Landen/ *p.* 178. Ende daar dieef mereníh Man te Landtoert oder Hupsman sitten/ en gaf Schout en Schoude/ dat hy niet spen (fateri) en dorste dat hy dan Ambel toebehoorde/ of daar of genomen waar/ ende alsoe dieef zyn Erfdeelen verloren; vel etiam si quis servus fiebat vel ministerialis Ecclesiae, aut atrox delictum commisisset, veluti crimen Laesae Majestatis (quo casu nonnumquam poena ad septimum usque gradum extendebatur, sicut argumento est charta Johannis Comitis Hannoniae & Johannis Comitis Hollandiae, 17 Octob. an. 1299., apud MIERIS *T.* I. *p.* 612.) aliique similes modi quos brevitatis causa praetermitto. Potius hinc progredior ad ultimam restrictionem, ex Edicto nempe Caroli V., anno 1515; quod Edictum licet non omnem plane Nobilium sustulerit immunitatem, primum tamen ansam praebuit omnibus deinde subsecutis urbium rogationibus, in id semper tendentibus, ut Nobilium auctoritas minueretur, & aequalitas inter cives magis magisque stabiliretur. Videamus ergo de ipso Edicto.

§. XVIII.

Continuis turbis adflicta erat Frisia & in diem decrescebat Saxoniae Ducis imperium; quod cum intelligeret Dux, omne imperium in Frisiam, in Carolum V. transferre decrevit, de quo cum inter illos conveniisset, summamque 350000 Florenorum Rhenanorum pro translatione, sibi stipulatus esset Dux Saxoniae, ad extraordinaria re-

media recurrere omnino neceſſe Carolo viſum fuit, eumque in finem novum tributum praediale, tum urbanum, tum ruſticum, (eene algemeene Verponding op Huyzen en Landeryen) per totam Hollandiam impoſitum fuit (*a*), juſſitque Carolus, 6 Julii 1515. dat de Edele mannen (zoude betaalen) van de landen die zy niet te leen houden/ maar van landen die zy te leen houden/ daar of zullen zy hoy weeſen/ mits den dienſt die zy daar af ſchuldig zyn/ ende van eigen landen dat zy huuren/ of huyshen/ zullen zy mede gelden en betaalen nae heur vermoghen/ magisque adhuc anno 1518. 8. Septembris illud Edictum quantum ad Nobiles, reſtrinxit; ubi haec habentur (*b*), die Edelen van den lande leenende/ ende hen gemende als edele mannen zullen hoy zyn van hare heure landen die zy van ons te leen houden en gelijk gehuyshen. Duriſſima erat haec conſtitutio & inſignem antiquo Nobilium privilegio inferebat laeſionem; niſi ad Nobiles adplicemus quod in proemio Edicti dicitur; deputatos, quos Carolus in ſingulas urbes & pagos miſerat inquiſituros in opes ſingulorum, retuliſſe, multa quotidie in fraudem legum committi; Nobiles enim quam plurimi oneribus obnoxii facti ſub prioribus Comitibus, id ſemper agebant, ut amiſſa privilegia aliquando recuperarent.

Feuda itaque ſola & quidem ea in quibus Nobiles habitabant, immunia manſerunt, ſalvis ſervitiis ex illis debitis, a quibus ſeſe ſubinde ſubtrahere conati ſunt Vaſalli, etenim anno 1525. Nobiles non conceſſerunt Precariam 80000 fl. & 20000 pro Gubernatrice, niſi prius

(*a*) *Groot Placaatboek. T.* II. *p.* 2047.
(*b*) *Ibid. pag.* 2051.

prius promisisset Gubernatrix, non amplius eos teneri servitiis ex feudis praestandis; quod quamvis in totum non obtinuerint, saltem durante Precaria (id est per annum 1530) illis concessum fuit (*a*). Ex memorato autem Edicto id profluxit, ut urbes numquam amplius petitiones concesserint, nisi adjecta conditione, ut aequalis foret omnium collatio, sic anno 1544. 5. Martii, stipulantur dat hzen/ geestelijk en Waereldlijk/ Edelen en Oneedelen/ en die in de Schiltaale niet gewoon zyn te contribueeren (*b*), quotam quisque suam conferret, & eodem anno, urbs Leida proposuit modum solvendi 150000 fl. ½ op de mozentale der hzen en onhzen (*c*), unde etiam Nobiles concesserunt 150000 vel 160000 op de Schiltaale der hzen en onhzen ½ op de waarde der han de landen hy de 10. penn. over Edele/ Geestelijke en Waereldlijke/ over die landen aan Hoozn en Putten/ en het Graafschap Egmond als begreepen onder de Schiltaale/ en over al die onder Holland sozteeren/ niemand uytgezonderd/ het andere ½ op de waarde der hyzze binne en hzgen de Steeden (*d*)/ & sic plerumque urbibus res ex voto successit; neque mirum inde quod primarios Nobiles ob negatam Precariarum salutionem, in jus vocatos fuisse & realem in illos executionem decretam fuisse nonnumquam legamus: ita v. c. 15. Nov. 1544. decretum est (*e*) dat de Heer van Assendelft dan stonde aan zoude doen terminueren die intentiën dan de onwillige gereed liggende/ te weeten de Graaf van

(*a*) Aart v. d. Goes *p.* 31. 32. *seq.*
(*b*) Adriaan v. d. Goes. *pag.* 9.
(*c*) *Ibid. pag.* 18.
(*d*) *Ibid. pag.* 19. Conf. *Dagvaart van den* 18—22 *Jan.* 1545.
(*e*) Adr. v. d. Goes *p.* 52.

van Buren / de Vrouwe van der Hoeven / en tegens de Heer van Aspe-ren / dat hy voors alle andere rigoureuslyk zoude doen executeeren /: hinc Comes Hornanus qui cum aliis nonnullis exemtionem praetendebat & conferre negaverat, a ſuprema Curia condemnatur te betaalen de impoſt / en moggengeld voor 3 jaar (*a*). Sic cum urbes anno 1544. obtinuiſſent dat de Edele wonende binne de plaatzen onder de Schiltaale begreepen / ze wel als andere ingezetenen betaalen zouden / vehementer reluctabantur Nobiles, praeſertim Princeps Arauſionenſis cujus vaſtiſſima his in terris, erant latifundia; verum urbium iterum ſententia praevaluit, & ob parem cauſam idem ille Princeps cum Comite Hornano & Egmundano, anno 1552. in jus vocati leguntur.

§. XIX.

Interdum tamen ipſi etiam Nobiles, ſcilicet illi qui jam tributis facti erant obnoxii, immunitatis extinctionem tulerunt: ita anno 1553. 6. Maart (*b*) de Edelen conſenteeren in de petitie van 300000 tot 200000 te binden op de 10. penn. van alle onroerende goederen als huyze / lande / tiende / thuynen / molens / visschergen / en alle diergelyke / daar op de zelve tiende penn. gheheven is anno 1543. van welke 10. penn. alleen exempt zullen blyven / huyze arme-luyde toehoorende waardig weegende in huur een pond groot 's jaars / insgelyks de oude der mendicanten / en alle anderen die hydom genoten hebben in den 1544; zullen ook hry weezen / Stadhuy-

zen /

(*a*) *Ibid. ad an.* 1543.
(*b*) Adr. v. d. Goes *p.* 5. *ad h. a.*

zen / Halle / Waege / Vondelingshuyze / nihil hic de exemtione Nobilium: & tandem ipsi Ordines, Nobiles & urbes consenteeren in 200000 met condition niemant exemt / en dat niet tegenstaande eenige privilegie / exemtie ofte dispensen / die zy ofte eenige van hunlieden ter contrarie hebben / of allegeeren mogen / hoe die ook geclausuleert mogen zyn / en dat overmits de noodzaaklijkheid / van dese tegenswoordige Oorlog / en dat de voorsch. Beede geconsenteerd word ter defensie van 't Land / zyn Majesteit believe wille alle dese selve uit zyne zeldene Weetenschap en motu proprio, te derogeeren (a).

§. XX.

Carolus autem V. paucorum Nobilium & nonnullorum aliorum immunitatem, perpetuum rixarum fontem esse cum aperte videret, 2. Nov. 1553. omnem sustulit exemtionem, hanc adferens rationem se numquam talia privilegia quae cum interna tranquillitate Reip. pugnarent, jure dare potuisse, generalijk gederogeerd hebbende alle Privilegien strekende contrarie de defensie en beschermenisse van den Lande / dat dezelve niet en mogen subsisteeren / ende van waerde wezen / door dien dat zyn Majesteit die niet en heeft mogen geven zonder wille / weeten / en consent van de Staaten / als daar by hun benomen wordende een parten van haar defensie (b) / sub tali specie boni & utilitatis publicae, Carolus omnia privilegia penitus sustulit, & hinc quoque factum est ut Philippus III. Comes

(a) Adr. v. d. Goes *ad annum* 1554. *p.* 2 *seq.*
(b) Adr. v. d. Goes *p.* 48. *conf.* 15. Oct. 1554. *p.* 39.

Comes postea, nempe anno 1556. 8. Augusti, solis Principi Arausionensi & Comitibus Hornano & Egmundano, qui nonobstantibus omnibus Edictis, immunitatem ab oneribus praetendebant, sed non obtinuerant, eam confirmaverit, sic inter alia inquiens, & *pour ceque la responce des dits Estats est limitée avec une comprehension des exempts & non exempts, privilegiés & non privilegiés, & sa Majesté à la continuelle & reiterée poursuite des Seigneurs le Prince d'Orange, Comtes d'Egmont & de Hornes & pour aucunes considérations à ce mouvans, les a remis en la possession de l'exemption pour eulx pretendue avec restriction de ce qu'ils ont contribué du passé* (a); nec mirum hoece privilegium obtinuisse tres illos Nobiles primarios, ratione enim insignium munerum quibus in Republica fungebantur, non potuit quin summa apud Regem valuerint auctoritate: tantae autem horum erant opes, ut hi tres Nobiles soli 17705. jugerum possiderent, & ipsorum quota decimam quintam partem totius collationis efficeret, quam summam Ordines a tota collatione abstrahebant: deinceps vero cum illud constantis usus fore vellent, spe sua exciderunt & portio his Nobilibus decrescens, reliquis accrescere debuit: invido tamen semper oculo hanc exemtionem spectarunt Ordines, eodemque anno, 28. Sept. de ea questi sunt, libelloque supplice urserunt ut illa etiam tolleretur (b), verum ipsis ex voto non successit, rogant tandem ne talis amplius concederetur immunitas inconsultis Ordinibus; sed notum cuique quam parvi Philippus jura Ordinum fe-

(a) ADR. V. D. GOES *ad h. a. p.* 59.
(b) ADR. V. D. GOES *p.* 74.

fecerit. Mirum forsan videri posset quod etiam post sublatam immunitatem, tot occurrant exempla quod Ordines urgeant ut nemo exciperetur a collatione, quod ita intelligendum videtur, quod, quamvis omnia privilegia sustulerit Carolus, nihilominus tamen multa privilegia & exemtiones ipse indulserit, quae tollere Ordines aeque ac reliqua volebant.

§. XXI.

Hanc autem onerum exaequationem ad bona etiam Nobilium feudalia extendunt plerique Scriptores, uti GROTIUS (*a*) BORT (*b*) & alii (*c*) qui uno ore fatentur Carolum V. Nobiles etiam moviſſe ut bona ſua feudalia ſicut & allodialia oneribus ſubjicerent, quod quamvis nullo documento publico probent, nec tempus definiant quo illud factum fuerit, tamen verum videtur; nam, ſublatis uti vidimus omnibus privilegiis, feuda etiam quae ſola, annó 1515. immunia manſerant, praerogativis ſuis orbata fuiſſe concludere licet, praeſertim quum urbes toties urſerint ut feuda aeque ac reliqua bona oneribus fierent obnoxia (*d*).

At vero, feudis etiam ad quotam conferendam obligatis, de quo noſtra aetate nullum ſupereſt dubium, ardua exſurgit quaeſtio, an hiſce nonobſtantibus, Nobiles ratione feudorum, ad ſervitia militaria adhuc obligari queant? Adfirmando reſpondent GROTIUS & BORT,

dd.

(*a*) *Introd. ad Jurispr. Holl. L.* II. *Parte* 41. *in verſu, hier teegens.*
(*b*) *Tractaat van het Holl. Leenregt, Parte* VI. *C.* 3.
(*c*) NEOSTADIUS *defeudis C.* 1. *circa fin.* GROENEWEGE *de ll. abrog. in L.* II. *Cod. de cell. funct. patrim.*
(*d*) *R. S. V. H.* 24 *Mart.* 1553. *apud* ADR. V. D. GOES *p.* 16.

dd. ll. His argumentis innixi 1°. quod poſt exequationem triburorum, Vaſalli ad militiam fuerint vocati tot Tandwern per placita 2. Mart 1514. 31 Dec. 1517. 31. Aug. & 5. Sept. 1521 &c. 2°. quod nusquam illis ſervitia haec militaria remiſſa fuiſſe legantur 3°. quod hodienum ſubſiſtat formula juris urandi 4°. quod alia ex cauſa, forſan reſpectu Caroli, ipſi Vaſalli ſeſe tributis ſubjici paſſi fuerint. 5°. quod obligatione reſidenti in Vaſallis, Ordines ſaltem tempore neceſſitatis, jure ſuo uti poſſint.

